Oppositū tiens non facit votū/qꝛ non est votum nisi volūta=
rium. ❡ Oppositū.extra de baptismo ⁊ ei⁹ effectu
Maiores. Dormientes ⁊ amentes recipiūt sacra=
mentū. ❡ Itē: ibidem in fine: tūc hꝫ sacramētum
vim qn̄ non inuenit obicē inuoluntate:sed pōt esse
actu nō cōsentiens : licet non sit obex in voluntate
❡ Ad questionē dico:distinguendo de adulto/ aut
vtitur ratione aut non vtitur. Si non vtit̄/aut ali=
quādo vsus est/vel nunꝗ.si nūꝗ igit̄ tal' recipit sa
cramentū ⁊ rē sacramenti:qꝛ in tali non inuenit sa
cramentū obicē: imo est oino de eo sicut de ꝑuulo
Si aliquando vsus est:licet non tunc aut spatur ꝙ
possit redire ad vsum rationis vel non. si sic expe=
ctandū esset propter reuerentiā sacramenti/si non

distinguendum est ꝙ talis qui non est vtens ratiōe
actu certū est ꝙ est non consentiens actualiter:⁊ si
tm̄ est non consentiens negatiue:illud solū nō im
pedit susceptionē sacramenti.sed distinguendū est
si est dissentiēs habitualiter:ita ꝙ prius habuit dis
sensum dum habuit vsum rōnis:qꝛ nō cōsensit duꝫ
habuit vsum rationis:nec in tpe intermedio : et si
talis baptizatur nichil recipit/neqꝫ sacramentum
neqꝫ rem.sicut si actu haberet vsum rōnis:⁊ nullo
modo consentiret si tm̄ pri⁹ vsus ratiōis fuit:⁊ tūc
consentit si baptizat̄ dū non habet vsum rōnis re=
cipit sacramentū/si aūt sit vsus rōnis / aut igit̄ est
non negatiue consentire tm̄:qꝛ ꝑ tunc non auertit
ꝑ instanti impressionis caracteris dū tñ prius con
sensit non īpedit quin recipit sacramentū ⁊ rem sa
cramenti:qꝛ xp̄s noluit aliquē obligare ad nimis
difficile. sed obligari ad simpliciter nō distractio=
nem est nimis difficile:ideo si ex consensu venit ad
ecclesiam et consentit respondendo ꝑ se:licet ī in=
stanti impressionis caracteris sit distract⁹:⁊ sic nō
cōsentiens negatiue tñ recipit sacramentū et effe=
ctum sacramēti:sicut sacerdos vadit ad celebrādū
ex intentione debita ⁊ cōtinuat vsqꝫ ad ꝑlationē
verboꝝ sacramētaliū:licet in ꝑlatione verborum
sit distractus conficit corpus christi: est tamē corri
piendus. Si tamen sit vtens ratione actu ⁊ habe=
at dissentire possibilitatē/hoc dupliciter: aut sim
pliciter et oīno nichil tunc recipit:aut est ibi dissen
tire scd̄ꝫ quid. sicut proicere merces in mare est sꝫ
quid inuoluntariū ⁊ simpliciter volūtariū ꝗꝗ alij
dicant ecōuerso.qꝛ qn̄ aliquid est volitū a me ꝑpt
simpliciter inuoluntariū/illud tamen inuoluntari
um non est in mea potestate illud est scd̄m qd inuo
luntariū ⁊ simpliciter voluntarium. Sic posito ꝙ
oporteat me periclitari vel proicere merces in ma=
re.primū est simpliciter inuoluntariū:sed illo posi
to/nullus me cogit proicere merces in mare:ideo
scd̄m qd voluntariū proicio: sed distinguendū est
de dissentiente scd̄m quid / vt ꝑpter minas consen
tit/et tunc distinguo:aut consentit/aut exteri⁹ ab=
luatur nō tñ interius qd sit mēbrum ecclesie : ⁊ iste
nec recipit caracterem/nec gratiaꝫ/qꝛ simpliciter
dissentit. Si cōsentiat interius vt abluat̄ ī aīa/vt fi
at mēbrū ecclesie ꝑpt minas:non tñ credit ꝙ mul=
tum fiat circa eū/ipse recipit sacramentum:licꝫ nō
rem:sicut alij ꝑmittunt vetulas dicere carmina sua
non tñ credunt simpliciter illud valere/nec simpli
citer discredit:sed ꝑmittit valere ꝗtum valere pōt
Sic non consentiens scd̄m qd consentit baptismū
valere sibi ꝗtum pōt: et forte sic esset vtile ꝙ iudei
cogerent̄:qꝛ tunc forte filii eoꝝ eēnt boni xp̄iani ⁊
ipsi reciperēt gratiā statim recedente illa incredu=
litate:⁊ sic esset necesse aliquos iudeos expectare ī
paruo numero possent reseruari. Si aūt simplicit̄
inuitus baptizatur / aut reclamat signo exteriori
vel non:⁊ siue sic/siue sic/nichil recipit:si tñ nō re
clamat nec aliqd signū facit ꝙ inuite recipit ꝗtum
ad ecclesiā militantē cōpellendus est ad obseruan=
tiam legis:sicut si aliquis ficte dicat verbū matri=
monij/tamen interius cogitat contrarium/cōpel=

lendus est ab ecclesia ac si consensisset. qꝛ ecclesia
militans non potest iudicare illam fictionē sic ex
alia parte: ꝛ hoc est sibi melius. qꝛ vel per hoc pōt
de inuito fieri voluntariū / vel saltē per hoc non fa
ciet tot mala sicut aliter fecisset. ¶ Ad primum ꝓn
cipale dico: ꝙ licet posset dici in baptismo aliquale
matrimoniū. tamen ibi ꝓprie est adoptio: ꝛ nō re=
quiritur in adoptione consensus mutuus: sed con=
sensus adoptantis cum nō iuincia actuali adoptā=
ti. ¶ Ad aliud dico: ꝙ malicia ministri inq̄tū mini
ster magis nocet baptizato: hoc est si male ꝓferat
verba: vel non habeat intentionē rectā. ꝛ illa ma=
gis impedit q̄ꝫ malicia baptizati: qꝛ magis depen=
det effectus ab efficiente q̄ꝫ a passo q̄tum ad ꝓdu=
ci in esse malicia tñ moralis ministri magis nocet
sibiipsi q̄ꝫ alteri. qꝛ equaliter cōfertur sacramentuꝫ
a malo moraliter sicut a bono. meli⁹ tamē esset ha
bere bonuꝫ ministrū ꝓpter hoc ꝙ merita sua pos=
sent alteri valere: licet sacramētum sit equale a bo
no et a malo. ¶ Ad aliō dico: ꝙ bene ordinauit ec=
clesia vt adultus respondeat ꝓ se / si tamen aliter
fieret factū esset sacramentū / licet non responde=
at ꝓ se. ¶ Ad aliud ꝑ idem ꝙ aliquando baptizat⁹
vouet de facto / sꝫ sine illo pōt fieri sacramētū: ꝛ ta
men qualitercūqꝫ recipiat sacramentū ipse obliga
tur vt sit seruus christi. ¶ Questio septima.

Q̃ō.vii. Septio queritur vtrū accedens ficte recipiat effectū ba
ptismi. Qꝫ sic. ad Gala. iii. Quot
quot baptizati estis in xpo / xp̄m
induistis. ¶ Itē: si non / igit̄ talis
esset iterū baptizandus recedente illa fictione: cō=
sequentia pꝫ: qꝛ sicut ficte penitens ꝛ recipiens pe
nitentiam sibi iniunctā opꝫ iterū recipere sacramē
tum penitentie. sic de baptismo. ¶ Itē: effect⁹ ba=
ptismi est expellere pctm̄. non pctm̄ qd̄ nō inest: qꝛ
illud non indiget expulsiōe: igit̄ pctm̄ qd̄ inest. aut
igit̄ fictio q̄ inest est pctm̄ vel non / si sic: igit̄ baptis
mus expellit fictionē / si non est pctm̄ / igit̄ non im=
pedit receptionē gratie. ¶ Oppositū. in de penitē
tia: ꝛ ponit̄ in littera. i. c. de conse. disti. x. Omis qui.
¶ Ad q̄stionē dico: ꝙ fictus est ḡnaliter q̄ vnū pre
tendit exterius ꝛ aliud interius. sed hoc potest du=
pliciter: vel qꝛ pretendit se velle recipere qd̄ eccle=
sia vult cōferre: tamen interius hoc non vult: ꝛ iste
nichil recipit: sed alias recedente fictione esset re=
baptizandus. vel pretendit se dispositum ad rece=
ptionē sacramenti / ꝛ tamen non est: vult tñ recipe
re qd̄ ecclesia vult cōferre: ꝛ hoc potest esse tripli
ter: vel per infidelitatē / vel qꝛ tūc facit actu pctm̄
mortale / vel prius fecit ꝛ remanet in illa volunta=
te sine displicentia intermedia: ꝛ talis non recipit
effectum baptismi vt gratiā: qꝛ scd̄m Augu. Qui fe
cit te sine te non iustificat te sine te. ideo de⁹ nō iu=
stificat aliquē manentē in infidelitate / vel in mala
voluntate actu siue de pctō qd̄ tunc omittit siue pri
us cōmisit ꝛ remanet voluntas sine displicentia in
termedia. sed talis recipit caracterē: nec est reba=
ptizandus. Dices igitur necessario est ꝑplexus: qꝛ
non potest recipere primā gratiam nisi per baptis=
mū. ꝛ nunc non habet gratiā nec pōt baptizari. Di
co ꝙ nō: qꝛ recedēte fictione recipit gratiā nō a ca=
ractere: sed deus ex eadem pactione ꝯfert gratiam
statim recedente fictione ex qua cōtulisset in ipres=
sione caracteris sed non fuisset obex. Dices: ista nō
est gratia baptismalis sed penitētialis. ꝓbatio: qꝛ
ꝑueram penitentiā delet̄ qd̄cūqꝫ peccatū sufficien
ter: ꝛ per cōsequēs per hoc infundit̄ gratia. Nunc
aūt ista fictio remanebat post baptismū: igit̄ ipa re
cedente tñ infunditur gratia penitentialis. Dico
ꝙ fictus pōt habere multa peccata: ꝛ nō ꝓpt̄ qōli=
bet est fictus: qꝛ de multis pōt habere displicentiā
cōtinuando tm̄ vnū. sic si est fictus tñ de vno pctō
et habuit displicentiā de oībus aliis opꝫ eū habe=
re penitentiā de illo vno pctō sicut de cōmisso post
baptismum / et alia delent̄ per baptismum. si est fi=
ctus q̄tum ad oīa pctā q̄tum ad oīa debet esse con
tritus ꝛ recipere penitentiam. Si autē aliqua sint
de quibus non est fictus de illis sufficit attritio: de
aliis reqrit̄ cōtritio. Et cū dicitur: si habet verā pe
nitentiam: igitur ꝑ ipsam delent̄ oīa non ficta ꝛ fi=
cta: qꝛ vera penitentia est sufficiens cā ad delendū
oīa pctā. Dico ꝙ verum est / ipsa est sufficiens. sꝫ tñ
alia causa potentior preuenit remittens per gratiā
baptismalē illa peccata de q̄bus non fuit fictus in
receptiōe baptismi. Dices: igitur habet lucrū de fi Nota.
ctione sua: qꝛ si sola fictio remaneat non opꝫ eum
post habere penitentiā nisi de sola fictiōe: dico ꝙ
habet dānum. tū qꝛ perdit tp̄s medium. tū qꝛ nō re
mittunt̄ ex vi baptismi pctā ficta nisi vt ꝓcesserūt
baptismum et non sequūtur. iō virtute penitētie de
lentur peccata ficta ꝛ non ficta q̄tum ad hoc ꝙ re=
manserunt post baptismum. ¶ Ad primū ꝓcipa
le dico: ꝙ vno modo sic intellig pōt ꝙ oēs q̄ i xpo
baptizati estis. ꝛc. hoc est qui in cōformitate xp̄i si=
cut xp̄s mouebat̄ vt vetustate peccati libertati. ꝛc.
vel xpꝫ induistis q̄tū ad caracterē nō q̄tū ad vestē
nuptialē. Unde aliq̄ sunt de secta dn̄i q̄tum ad si=
gnum distinctiuū: licet non sint filii adoptiui. Un=
de magis erit ad cōfusionē maloꝝ xp̄ianorū signū
xp̄i q̄ꝫ si non haberent illud signū distinctiuū. ¶ Ad
aliud dico: ꝙ non sequitur: ficte penitens debet ite
rum recipere sacramentum penitentie: igitur ficte
recipiens baptismum: quia christus disposuit ex
pactione ꝙ baptismus esset initialis qui est tabula
prima post naufragium. Non sic de penitentia q̄
est scd̄a tabula. Dubium tamen est de antecedente
si debeat iterū habere penitentiam: de hoc tamen
dicetur posterius. ¶ Ad aliud dico: ꝙ effectus ba=
ptismi est expellere peccatum quod inest vsqꝫ ad
instans impressionis caracteris: ita ꝙ expellit qd̄
prius infuit. Nunc autem illud peccatum quod tūc
inest ideo mortale quod inest vsqꝫ ad instans im=
pressionis caracteris non potest impedire infusio=
nem gratie. sed mortale quod inest in isto istāti im=
pedit. ideo fictio que remanet in isto instanti im=
pedit receptionem gratie.

¶ Questio octaua.

viii. q̄stio.



Ctauo q̄rit: vtrū iustificati aliter q̄ per baptismum teneantur ad baptismuz fluminis. Qꝫ non. sicut ptz de beata virgine / et de apostolis. ¶ Item: iustificati per baptismum sanguinis non tenentur ¶ Item: iustificati frustra reciperent / qꝛ prius mundati sunt. ¶ Item: nullus tenetur ad signū falsum sed sacramentum esset eis signū falsuz: qꝛ ablutio exterior est signum ablutiōis interioris: ꝛ anima mūda nō ē ablutibilis / vel saltē non eget ablutiōe ¶ Item: ante passionem xp̄i baptizati non tenebant̄ ad circuncisionem. vt probatum fuit heri. ꝛ tñ fuit circūcisio p̄ceptū. igit̄ pari ratiōe alit̄ mūdati non tenebāt̄ ad baptismum. ¶ Oppositum: Actu. x. de Cornelio postq̄ recepat spirituz sctm̄ baptizatꝰ fuit. ¶ Ad q̄stionem dico: q̄ lex vbis statuitur ꝑpter circūstantias q̄ frequentiꝰ cōtingūt sed vniuersaliter / saltē paruuli sunt maculati vsqꝫ ad baptismū / nisi in valde paucis sit instantia omnino rationabile fuit p̄ceptum vniuersale fieri. sꝫ qꝛ preceptum oēs obligat: ideo dico q̄ postq̄ baptismus fuit preceptum et promulgatio facta sufficiens oēs tenebant̄ ad baptismum. tum qꝛ fuit preceptum. tum qꝛ vt frequenter nullus habet tātam gratiā ꝑ baptismum flaminis q̄n maiorē pōt habere ꝑ baptismū fluminis: scd̄m illud de aqua refectiōis. ꝛc. et videret̄ esse cōtemptꝰ si aliquis faciliter posset habere gratiā nisi illā capet. sed contrarium dicit̄ de preceptis q̄ est semel cōfiteri in anno. qꝛ ꝑ confes. ve. posset ampliorē gratiam recipere. ideo tñ tertia ratio ꝓbabilis est. Tertio. etiam q̄libet tenet̄ vt sit ascriptus familie xp̄i: qꝛ q̄tūcūqꝫ haberet gratiā interiorē nullū actū posset exercere in ecclesia xp̄i nisi esset baptizatus qꝛ non haberet signum distinctiuū notoriū. vñ si essent sacerdotes ordinati et nō baptizati nichil reciperent / sed essent baptizandi ꝛ iterum ordinandi. ideo dico q̄ q̄libet q̄tūcūqꝫ iustificatꝰ tenetur baptizari postq̄ baptismus fuit preceptū ꝓmulgatum: si postq̄ sunt iustificati remanēt viatores sic paruuli ꝛ beata virgo et apostoli remanserūt post gratiā receptā. Sed de baptizatis sanguine vt de martyrio cōsummato: non tenēt̄ post baptizari / qꝛ non remanet post viator: tamen si aliquis non baptizatus ꝓ fide flagellet̄ in principium est statim martyrium inchoatum sed non cōpletū: ꝛ i p̄ncipio baptizat̄ baptismo flaminis. sꝫ si tūc nō interficiat̄ q̄tūcūqꝫ sit sanctꝰ si supuixerit est baptizandus baptismo fluminis. ¶ Ad primū principale / videt̄ q̄ beata virgo fuit baptizata baptismo fluminis q̄tūcūqꝫ prius fuisset baptismo flaminis cū fuerit mundata in vtero. Etiaz tenet̄ de apostolis in glosa vna sup Johannē. qꝛ xp̄s ꝯstituit eos sacerdotes. Quorꝫ remiseritis pctā. ꝛc. et cū dedit eis ptātē conficiendi corpꝰ suū. Hec quotienscūqꝫ feceritis. ꝛc. etiā dictū fuit petro q̄ mūdus est non eget nisi vt pedes lauent̄ vel si nō erāt baptizandi. dicit̄ q̄ xp̄s dispensauit cū eis. ¶ Ad aliud patet. qꝛ baptisati sanguīe complete non remanent viatores. ideo nō est simile de baptismo sanguis et flaminis. ¶ Ad aliō dico: q̄ nō frustra baptizātur prius iustificati. tū qꝛ gratia auget. tū qꝛ oēs pene dimittunt̄. tū qꝛ ascriptus est familie xp̄i. ¶ Ad aliud dico: q̄ non est signū falsuz: quia dictū est q̄ baptismus est signū semp habēs secuz sigtū q̄tum ex parte sui. qꝛ sigt ablutionem si aīa est abluenda: non aūt si non sit ablutibilis. ꝛ illud potest esse dupliciter. vel qꝛ est totaliter feda. vel qꝛ prius munda. ¶ Ad aliud. nego cōsequentiam qꝛ ante passionē xp̄i statim cū baptismꝰ fuit consilium accipiens ip̄m habuit licentiā dimittēdi circūcisionē / non sic recipiens baptismum flaminis habuit licētiā dimittendi baptismū fluminis post q̄ fuit preceptum sufficienter promulgatum.

¶ Questio nona.



Ono querit̄: vtrū oēs recipientes baptismū eq̄liter recipiāt effectum baptismi. Qꝫ sic. Magis dependet effectꝰ ab agēte q̄ a passo. igit̄ magis depēdet effectꝰ baptismi a ministro q̄ a recipiente. ix. questio.

Sed minister debilꝰ intendit oībꝰ equaliter conferre sacramentū. igit̄ oēs equaliter effectū recipiunt. ¶ Oppositū. effectus baptismi est repressio fomitis: sed non in oībus equaliter reprimitur fomes. ¶ Itē: actus actiuorū sunt in patiente disposito. sed non omēs adulti equaliter sunt dispositi. ¶ Ad questionem dico: q̄ distinguendo primo ex parte cause principalis. Scdo: ex pte cause meritorie. Tertio: ex pte suscipientis sacramentuz ex parte agentis principalis qui est deus ipse quātū est de se semp est equalitas in effectu sacramenti. Ex pte cause meritorie vt passionis xp̄i q̄tum ad aliquid pōt esse equalitas. ꝛ quātū ad aliquid pōt esse inequalitas. qꝛ xp̄s potuit offerre suā passionem deo patri equaliter pro oībus baptisatis respectu prime gratie. et potuit specialꝰ offerre ꝓ vno q̄ pro alio applicādo suam passionē specialius huic q̄ illi: qꝛ tunc vidit istum fore magis gloriosum q̄ illū in celo. qꝛ xp̄s vidit tunc oīa q̄ deꝰ vidit scientia visionis. ꝛ sic vidit oīa futura cōtingentia determinate. et sic acceptat ille cui offert̄ et ad illū finē ad quē nouit intentionē offerentis si sic fuit nescio. ipse nouit. ꝛ sic specialiter rogās pro multis pōt specialius applicare intentionem suam ꝓ vno q̄ ꝓ alio: ꝛ sic deꝰ acceptabit si iuste petat. Sed de tertio ex pte suscipientis distinguo qꝛ vel confertur suscipienti gratia per modum sacramenti vel ꝑ modū meriti. Per modū sacramēti oēs equaliter recipiunt gratiā. ꝛ sic oēs paruuli nisi tñ forte aliq̄ maiorē gratiam recipiāt per modum meriti parentū: sicut ptz de sctō nicolao: qꝛ forte parentes eius meruerunt sibi maiorē gratiā q̄ parentes alterius paruuli sibi. et ideo desiderādum est habere sctōs parentes. in adultis vero li-

cet oēs recipiant equalē gratiā p modū sacramenti tamen p modū meriti accipiūt maiorē z minorē scdm q maiori feruore recipiunt vel minori. ¶ Ad aliud dico: q plus depender effect9 a ministro vt fiat q a suscipiente: nō autem q̄tum ad intentionem maioris gratie vel minoris. sed ex parte dispositionis suscipientum: et aliquando ex parte meriti parentum: vel etiam si forte christus specialius applicauit intentionem suam offerēdo passionem deo patri pro isto q pro illo.

¶ Distinctio quinta. ¶ Questio prima.

Distin.v. Qō pma. Primo queritur: vtrum minister malus possit cōferre verū baptismū. Qz nō scdm Ambrosium in lib. de initiandis rudib9. baptismus pfidorū non sanat: sed polluit etiā in diluuio aquarum multarū, zc. etiā qd nō est ex fide non pdest. Et Aug. in canone virtus in talibus ministris esse non pdest / sicut neq3 sensus in membro separato. ¶ Itē mēbrū aridū nō pōt esse mediū influendi vitā in aliud membrū. mal9 minister est mēbrū putridū. ¶ Item: magis reqri tur ex parte agentis principalis q ex parte materie. Sed in aqua q̄ est materia requirit aliqd inherens: imo scdm aliquos aliqd spirituale: igitur multoformi ex parte agentis. ¶ Item: errans circa vnū articulū fidei nō h3 gratiā: qz error in vno articulo non stat cum fide infusa. Sed Cyprian9 martyr dixit q non potest conferri baptism9 ab hereticis. igitur si in hoc errauit non fuit sanctus. ¶ Oppositum in littera. et Aug. super Johannē omelia. iiii. ¶ Questio secunda.

Qō scda. Secūdo q̄ritur vtrum recipiens baptismum a ministro malo peccet. Qz sic. scdm Ambro. vbi supra. ¶ Itē. aug. de fi. ad pe. ¶ Itē: qui cooperatur peccanti mortaliter peccat mortaliter. sed recipiens a ministro malo est hmōi. qz nō conferret nisi peteret. ¶ Itē: esto q sacerdos noluerit baptizare nisi vendat aquam suā: in tali casu adultus baptizatus videt consentire pctō: vel si deponet paruulū suū vt baptizetur a tali. ¶ Oppositū. Aug. omel. v. super Johannem. non abhorreat columba.

Qō tertia Tertio q̄ritur vtrum minister debeat administrare baptismū qn presumit vgi in malū baptizati. ¶ Ad primam q̄stionē dico: distinguēdo de malicia ministri / vel est malus / qz prius fecit malum vt peccatū mortale: vel etiā tunc facit actu peccatū mortale. et neutro modo impedit quin cōferat sacramentum et gratia. Si aūt sic malus inq̄tum minister: vt q non dicat verba / vel non habeat intentionē. zc. dico q non confert. Primū ptz. quia gratia nō cōfert in baptismo: vt cōmuniter nisi p modum sacramenti: nec etiā baptismus. Non em pfertur p modū meriti: ideo sufficit q nō sit obex in voluntate recipientis q̄tūcūq3 minister sit malus moraliter. ¶ Item: q ita sit cōgruū: qz sic est congruū saluti viatoris. qz si malus non posset cōferre: qz cū nullus possit esse certus de dispositiōe ppria. igitur multo magis: nec de dispositiōe aliena. igitur nullus posset esse certus si est baptizat9 et sic nullus deuotus susciperet baptismū. ¶ Item incongruū esset q prohiberet gratia in aliquo sine culpa sua: sed si malicia ministri posset impedire: igitur q̄tūcūq3 deuotus accederet z ministrer haberet intentionem conferendi adhuc non susciperet suscipiens. ¶ Ad primum principale dico: q Ambrosius intelligit hoc in adultis quos baptizat perfidus: vt faciat suos discipulos: z ipsi ea intentione suscipiant. ¶ Ad aliud dico / q virtus non est in illo qd cōfertur si suscipiens intēdat esse de secta dantis: sed si esset paruulus baptizatus quātūcūq3 minister malus cum baptizaret si habeat intentionē generalem conferendi qd ecclesia confert baptizatur paruulus. ¶ Ad aliud q hec est causa quare vita non influitur a corde mediante membro arido: qz vna est vita i mēbris: et pri9 est vita in parte ppinquiori: vel saltem ppinquior est pars primo viuenti q̄ influit q recipiēs. Sic nō est in pposito: qz causa principalis in baptismo pōt influere vitā baptismalē in mēbrū nō vitale mediāte parte arida: qz nec reqrit q in eis sit vna vita: nec etiā q pars influens sit simpliciter ppinqor: sed solum inq̄tū minister. ¶ Ad aliō dico: q in aqua nulla est virtus: qz si sic / aut qz ego vtor ea: et hoc non est vex: qz instrumentū prius natura est aptum q̄ aliqs eo vtatur. z si prius est virtus in aqua: igit deus miraculose confert illam virtutē aque / et non per verba mea: z p ɔ̄ns conseruaret illam virtutem in aqua cessante actione humana: et tunc cauendū esset ne asin9 potaret sacramentū. ¶ Ad aliud dico: q error circa articulos fidei est triplex: quia quidā sunt articuli expli De articulis fidei. cati: z ad illos tenentur maiores z minores vtentes ratione. Alij sunt articuli implicati notorij tñ maioribus. et ad illos tenentur maiores. Tertij sunt articuli eliciti: qui nō statim sunt māsiuj maioribus: z illis licet contradicere quousq3 elucidētur: dū mō tñ nō pertinaciter defendant qn statim concederentur cū fiant māsiui. Sic tempore Cypriani non erat manifestū: qz infideles poterāt baptizare. Sed postea habuit Au. multū facere asi q hoc fuisset elucidatum et q postea dixisset contrariū nō habuisset fidē infusā. Sic dicit de Joachin q oīa dicta sua dimisit corrigenda ab ecclesia Romana. ¶ Ad scdam q̄stionem dico distinguendo q ille minister aut precisus ab ecclesia sicut degradatus / vel excōmunicatus publice / vel Ad scdam q̄stionem. est simpliciter malus / pmissus tñ ab ecclesia. Si primo modo / aut recipiēs est adultus / vel ipe deportat paruulū suum tali. et tunc distinguo. aut est

alius non precisus in ecclesia q̄ pōt hoc sacramentum conferre: ꝛ tūc adultus recipiēs peccat mortaliter: qꝛ ꝓhibitū est ab ecclesia cōicare cū illo. si nō est alius nō precisus ab ecclesia non oportet adultū baptisari ab eo: qꝛ ipse baptisatus est baptismo flaminis. et īpossibile est eum pro tunc baptisari baptismo fluminis. qꝛ impossibile est eum cōicare cū aliquo tali quin non peccet mortaliter Dicit: baptismus fluminis est preceptū dei: sꝫ preceptū de nō cōicādo cū tali est p̄ceptū qḋ est min⁹ Sed quando preceptū minoris cōtrariatur precepto maioris: infrigendū est preceptum minoris Dico ꝙ ista nō sunt cōtraria sicut patebit posteri⁹ Si aūt est paruulus q̄ est baptisandus: deportet̃ ad aliū. si non est alius posset deportari sine periculo nisi emineat mors custodiat̃ quousqꝫ fuerit. Si aūt minister est malus non precisus ab ecclesia: aut incūbit sibi ex officio baptisare istū vel nō Si sic: iste non peccat petens baptismum: vel pro se / vel pro paruulo suo: qꝛ iste sacerdos malus tenetur ex officio eis cōicare hoc sacramentū. et sacerdos nō efficietur liber a seruitute ad quā tenetur ꝓpter maliciā suam: si est malus permissus ab ecclesia ꝛ non incūbit sibi ex officio si aliquē aliū posset habere querat alium cui incūbit ex officio. Si aūt nō sit aliquis ali⁹ cui incūbit ex officio in aliqua patria / vt ꝓpter guerrā / tunc debet petere vel pro se vel ꝓ paruulo suo ab illo malo tñ permisso ab ecclesia. Sed dubiū est in tali casu vtruꝫ debēt a tali sacerdote quē scit esse malum simpliciter non tamen est precisus ab ecclesia petere vel a bono laico: dico ꝙ magis debet petere ab illo malo qui habet potestatem in hoc ꝙ sacerdos. licet sibi non incūbat ex officio q̄ a layco q̄tūcūqꝫ bono: tñ a neutro si possit habere aliquē cui incūbit ex officio. ¶ Ad rationem primam dico: ꝙ Ambrosius loq̄tur de adultis q̄ mala intentione recipiunt. ¶ Ad Augusti. per idem. ¶ Ad aliud. ꝙ ille q̄ operat̃ mortaliter peccat mortalit̃ si cooperet̃ cōsentiendo / vel eū inducendo ad malum. Sed iste qui petit baptismū a malo ministro permisso ab ecclesia non consentit malo in male cōferendo: nec petit ꝙ indigne sibi conferat sacramentū. sed tñ petit vt conferat: ꝛ hoc nō est cooperari sibi in pctō. ¶ Ad aliud ꝙ ille symoniac⁹ ē

Licet vendere laborem.

dico ꝙ peccat in hoc ꝙ mercat̃ spirituale: non autem in hoc ꝙ petit baptismum. Dicit quid est consulendū sibi si alius noluerit baptisare nisi vēdat aquam suā. distinguo: aut vult carius vēdere aquā ꝓpter benedictionē q̄ si nō esset benedicta: si sic. reportet puer̄ si vult vendere et non carius licet emere sicut sacerdotes celebrantes pro defunctis non debent vendere spirituale sed laborē suū. Si aūt in vno regno oēs essent precisi ab ecclesia: et ipse cuius est paruulus vnus esset mut⁹ vel manchus: potius debent paruulum vni preciso ab ecclesia deportare q̄ pmittere eū mori sine baptismo. Et in isto casu solo est licitum recipere baptismum a preciso ab ecclesia. ¶ Ad tertiā q̄stionem

Ad tertiā questionē.

dico: ꝙ nullus debet facere conscientiā sibi ꝙ baptisma posset vergi in malum baptisati si debito modo cōteratur: qꝛ si estimetur ex hoc puer̄ mori posset pars ablui / vel in aqua tepida / vl̄ eo mō quo non citius moreret̃. Et tñ erronee estimetur ꝙ mors ex hoc accelerarēt̃ stante illa cōsciētia erronea foret ille pplexus: qꝛ si vetula habeat cōscientiā erroneā ꝙ baptizando puer̄ mors ei⁹ accelerarēt̃ si eum baptisaret peccat mortalit̃. sicut de interficiēdo hoīem. si non baptiset eū ꝛ videt eū morientē peccat mortalit̃. sed si videret eū cadere in aquā peccaret mortaliter nisi ipꝫ extraheret si posset: igitur a multo fortiori / si videt eū submergi spiritualit̃ nisi eleuet si posset. Quid igit̃ debet facere: dico ꝙ deponenda est cōscientia erronea qꝛ ipsa stante necesse est eam peccare mortaliter. Sed qḋ si adultus proijciat̃ in flumen dicēdo: baptiso te. ꝛc. credo ꝙ non baptisat̃: qꝛ proijciēs nō habet intentionem ecclesie. qꝛ intentio ecclesię ē sic madefacere eū ꝙ ipso viuente posset iterū desiccari / vel esto ꝙ baptiset̃ non timeo q̄n proijciens peccet mortalit̃. et qḋ si non posset alit̃ baptisari: dico ꝙ null⁹ dꝫ exponere se ꝓ alio pctō mortali: ꝛ plus debet diligere aīam suā q̄ aīaꝫ ꝓximi Quid si dicat̃ imergo: dico ꝙ non videt̃ esse verbum ad intentionem baptisandi sed submergēdi.

De ɔsciencia errronea.

¶ Distinctio sexta. ¶ Questio prima.

Distin. vj. Qō pma.



Rimo queritur: vtrū soli sacerdotes possint baptisare. Qꝫ sic. Isidorus lib. ij. de officijs solis sacerdotibus cōmissuꝫ. ꝛc. ¶ Itē solis sacerdotibus licet absoluere. sed in baptismo est absolutio peccatorū. igit̃. ꝛc ¶ Oppositū in littera. ¶ Ad questionem dico: ꝙ nullū suppositū nature itellectualis excludit̃ simpliciter a conferendo baptismū nisi ꝓpter impotentiā naturalē. ꝛ hoc contingit tripliciter. vel quia non habet intentionem vt vsum rōnis / vel qꝛ nō potest loqui ꝓferendo verba: vel qꝛ est impotens ad abluendum / vt paliticus / vel non habens manus / vel sicut paruulus est impotens. ideo tñ ista tria genera excludunt̃ a conferendo baptisma in specie humana oēs aūt nō ī specie humana excludantur tñ de congruo tñ si angelus hoc faceret factū esset. Unde illa ecclesia quam dedicauit sanctus michael nūq̄ postea fuit dedicata per ecclesiam romanam. sed quib⁹ angelus posset conferre si deus vellet. sed de malis angelis non presumitur ꝙ cōferrent: quia non presumitur ꝙ ex precepto dei facerēt: qꝛ nō videt̃ ꝙ de⁹ vellet ad hoc assumere malum ministrū sibi p̄cipiēdo si nō preciperet nō credit̃ ꝙ bona intentione faceret. sed magis intentione decipiendi: nec etiā est ita congruum ꝙ faciat p angelū bonū. tū qꝛ xp̄s fuit de⁹ et hō. tū qꝛ sacramentū sensibile est signū gratie inuisibilis. tū qꝛ p hoc efficit̃ aliquis membrū in ecclesia militante: ideo ɔgruuꝫ est ꝙ hoc fiat per mēbrū illius ecclesie militantis scilicet. Dico igit̃

ꝙ qui pōt ex officio est solus sacerdos: et hoc est congruū: q2 in oī collegio dʒ acceptari mēbrū ab illo qui preest. tñ in absentia sua cōpetit ꝙ hoc fiat ꝑ sibi propinquiorē: ⁊ sic ordinate in absentia illius: iō congruū esset corpus qḋ daret boc sacramentū ab ep̄is in absentia illoꝝ a sacerdotib⁹: et in absentia illoꝝ a diaconis: ⁊ sic vltimate a laycis. ¶ Ad primū dico: ꝙ Isydorus loquit̄ de illis quibus cōpetit ex officio. ¶ Ad aliud dico: ꝙ peccatū remitti contingit dupliciť / vel ꝑ modū arbitrij sicut iudex accepta purgatione alicuius sentētiat ipsum esse mundū: ⁊ sic concessa est potestas dimittendi pctā solis sacerdotib⁹. alio mō absqʒ oī arbitrio: siue purgatio precedat siue non: ⁊ sic remittūtur pctā in in baptismo. ⁊ sic possunt oēs remittere in necessitate. ¶ Secunda questio.

Scđa qo.



Ecundo q̄rit̄ vtrū requirat̄ vnitas ministri in susceptione baptismi. Qꝫ non. idē minister pōt baptisare plures sil' et cōficere plures hostias simul: igitur plures ministri possunt simul baptisare eundē. ¶ Itē: qñ plura cōcurrunt in effectu: ita pōt effectus ille fieri a pluribus sicut ab vno. Sed in baptismo plura concurrunt / vt minister suscipiens materia verba igit̄ eq̄ potest fieri a pluribus ⁊ ab vno. maior patet. in tractu nauis: q2 equaliter trahitur a multis sicut ab vno. ¶ Oppositum. minister representat personam xp̄i. igitur est tm̄ vnus.

¶ Tertia questio.

Qō tertia



Ertio querit̄ vtꝝ oporteat ministrū esse distinctū a baptisato. Qꝫ nō. Sacerdos efficit eucharistiā et dat eam sibi / ⁊ qua rōne pōt aliquis cōferre sibi vnum sacramentū et aliud. ¶ Oppositum: extra de baptismo et eius effectu. nullus se ipsum pōt baptisare ibi debitū. ¶ Qō quarta.

Qō. ita.



Uarto q̄ritur vtꝝ requirat̄ simul ablutio et verboꝝ ꝓlatio. Qꝫ nō. q2 in sacramento eucharistie non simul requirit̄ ꝓlatio verborū q2 sunt alia interserta: igitur nec in baptismo. ¶ Oppositum. Augusti. omelia. lxxx. accedat verbū ad elementū.

Ad primā q̄stionē.

¶ Ad primā questionē distinguo de ministris: q2 vel quibus totū facit ꝓferēdo verba abluendo. ⁊c. vel facit vnā partē / et alius aliam. Si secundo mō nichil fit. q2 nisi ab eodem proferatur ego baptiso. ⁊c. et fiat impositio esset signū falsuʒ et nō decet sacramenta dari ꝑ falsum signū: ideo māchus ⁊ mutus nichil faciūt. Scđm etiā formā grecoꝝ non est tm̄ exploratio cum dicit̄ baptiset̄ q2 sic vi verboꝝ non cōsecrat̄ sacramentū. Si tñ integre quilibʒ totum faciat vere baptisatur: q2 si vnus ꝑ se id faceret qḋ nunc facit baptisaret: ⁊ nichil impedit alius ipsum in hoc ꝙ simul imponit manus: ⁊ simul profert verba: igit̄ vterqʒ integre baptisat. licet peccet mortaliť. ¶ Contra. illḋ idē effectus non est a duabus causis totalib⁹: sed baptisans est causa totalis in illo genere. igitur. ⁊c. maior pʒ. q2 illud non est causa effect⁹ quo amoto nichilomin⁹ fit effectus. sed amoto quolʒ preter hanc causam si hec est totalis effectus fit: igit̄ alia non est totalis. ¶ Itē: de eucharistia pari ratione si duo ꝓferrent sacramentalia verba simul conficerēt in eadē hostia / qḋ non videtur verum. ¶ Item: in pluribus actionibus correspōdēt plures passiones et non vna tantum. sʒ susceptio passiua est sacramentum ꝑ concessa. igitur si sint duo agentes erunt due actiones. igitur due passiones ¶ Ad primū hoꝝ dico: ꝙ effectus nō est a duab⁹ causis inducentib⁹ effectū: quaꝝ vtraqʒ totū inducit. sed bñ potest esse a duabus causis ministerialiter agentibus: dum tñ vna sit principalis. sic est hic. q2 deus et pactione cōfert sacramentū ad prolationē verboꝝ cum alijs req̄sitis: siue vnus tm̄ ꝓferat v̄ba siue plures. Per idē ad aliḋ. q2 idē concedo de eucharistia. ¶ Ad aliud dico: ꝙ pluribus actionib⁹ pōt correspondere vna passio: dūʒ tamen nulla illaꝝ sit actio totalis: sicut patet in tractu nauis: ⁊ concedo ꝙ baptismus est ablutio passiua tm̄: ⁊ potest esse vna passio: et si actiones ministeriales sint plures. ¶ Ad primū principale dico: ꝙ si ātecedens esset veꝝ: hoc esset cōcedendū in proposito si quilʒ facit totū tñ vnum simul baptizare plures pōt esse dupliciť. vel qñ pluralitas illoꝝ est manifesta: vt in monstro. si nō appareat ꝙ sint due aīe intellectiue: licet sint due scđm veritatem: ⁊ tunc sperandū est ꝙ deus simul causat sacramentū in vtroqʒ. vel est manifestū ꝙ ibi sunt due aīe intellectiue: qḋ pōt experiri si simul et semel inueniat̄ in tali monstro scientia ⁊ ignorantia eiusdem: ⁊ cōgto ꝙ ibi sint due anime eēt vtrūqʒ seorsum baptizādū sicut duo paruuli simpliciter separati. Unde si baptisent̄ duo simul ab eodē baptisans peccat mortaliť. Et credo ꝙ si sic dicat baptiso vos: neutrū baptisat: non tñ hoc assero. ¶ Ad aliud. ꝙ quando plura sunt inequaliť possunt fieri a pluribus et ab vno / veꝝ est in esse reali eoꝝ / non aūt sempꝰ q̄tum ad finem ad queʒ instituit: ideo concedo ꝙ si vnus ꝓferret verba / et alius ablueret / equaliť haberet esse reale a duobus sicut ab vno: non tñ ꝑ hoc esset collatio sacramenti.

Pluribus actiōibus pōt correspondere vna passio Cōtra nō ē res alia.

Ad scđam questionē

¶ Ad scđam questionē dico: ꝙ necesse est ministrum esse distinctū a baptisato: sicut pʒ extra de baptismo et eius effectu. debitum: idem patet in figura: quia xp̄s fuit ab alio baptisatus. ¶ Item preceptū est: baptisate eos / ⁊ non dicit̄ baptisent se. ratio ad hoc est. q2 in generatiōe corporali non pōt generare se. igitur nec ī generatione spirituali. Baptisatio est quedā gñatio spiritualis. ¶ Ad rationes dico: ꝙ cōicatio nō est sacramentū. vnde nullus pōt sibi cōferre sacramentuʒ sed sacerdos ministrat sibi illḋ qḋ ē sacracramētū

et illa manducatio nō est sacramentū. Dicit salt̄
sacerdos cōficit corpus xp̄i ⁊ causat ibi sacramen
tū ministerialit̄ sicut baptismū. deinde administrat
sibi:igit̄ pari rōe posset baptizare se ⁊ ꝓferre ver
ba debita:baptizo te/abluendo ptem suā princi=
palē videt̄ ꝙ recipet sacramētū. Dico: ꝙ secus est
de sacramēto eucharistie ⁊ de quolz alio: qꝛ aliō
cōsistit in susceptione passiua. sed ipm consistit ibi
in duobus signis visibilibꝰ ꝗdiu species panis et
vini remanent. Nec pōt aliquis cōferre sic baptis=
mum sibi sicut alteri:qꝛ solus sacerdos pōt confi=
cere corpus xp̄i ita ꝙ licet alius proferret verba
sacramentalia cū intentiōe cōficiendi nichil face=
ret. sic statuit xp̄s ꝙ minister habilis dꝫ eē aliꝰ: et
si sic sit nichil facit. ¶ Ad tertiam questionē dici=
tur/ ꝙ reqritur simultas ablutionis et prolatio=
nis verboꝝ:ita ꝙ in vltimo instanti ꝓlatiōis ē aq̄
post sacramentū:⁊ nisi baptizatus tunc sit ī aqua
non recipit baptismū. ¶ Et si arguit̄ ꝯtra istos ꝙ
post illud instans posset asinus portare sacramen
tum. Respondent ꝙ simul incipit esse et desinit.
et ideo post illud instans nō remanet sacramentū
in aqua. Sed cōtra. illud nō exponit incipit ⁊ de=
sinit. Sed solū est iste intellectꝰ ꝙ sacramētū ma=
net ꝑ vnū instans:nec ipsi apostoli seruabāt istuz
modū:quia difficile esset sic pūctalit̄ baptisare ꝙ
puer esset in aqua in vltimo instāti. Neqꝫ est illud
dictū scd̄m iura cōsona recte rōni:qꝛ aqua in esse
quieto nō est signū visibile inuisibilis gratie :sed
sicut cōpositum ex materia ⁊ forma:sic est cōcur=
sus ablutionis visibilis exteriꝰ ⁊ inuisibilis inte=
rius. ideo dico ꝙ ibi reqrit̄ simultas in actibꝰ hu=
manis:ita ꝙ concurrant verba cū immersiōe: ita
ꝙ siue incipiat primo ꝓferre verba/dicendo ego
baptiso te. deinde mergat/tertio ꝓferat. In noie
patris. ⁊c. siue primo imergat eum/⁊ deīde dicat
ego baptiso:tertio imergat dicēdo. In noie pr̄is
⁊c. siue p̄mo dicat ego baptiso te In noie patris
et tunc imergat. et filij. ⁊ iteꝝ imergat. ⁊ spūsctī.
tertio imergat equalit̄ baptisat̄ puer. Tn̄ si ī aliq̄
patria sit consuetudo in cōtrariū :faciendū est se=
cundū cōsuetudinē:⁊ talē simultatē vult illud de=
cretum de trabe. accedant verba ad elementū. ⁊c.
sicut pꝫ de circulo cū folijs viridibus est signū vi=
ni:⁊ si ponatur aliud signū cū eo ꝙ est tāti precij
in eodem circulo videntes circulū percipiunt cuiꝰ
est signum:tamen si hodie pendatur ibi circulus
cras amoueatur : et ponantur ibi folia virida : et
post cras ablatis folijs ponatur ibi tertium signū
videntes ista non percipiunt quid ista signant.
¶ Ad rationem dico:ꝙ verba non sunt sacramē=
tum eucharistie sed efficatia:ita ꝙ ī vltimo instā=
ti prolationis verborum super calicem/ est ibi pri
mo sacramentum completū/ non prius ꝗn sit ve
rus christus in hostia / sed sacramentum non est
completum. sed in instanti in quo terminatur pro
latio verborum super calicem.

¶ Questio quinta.

Q



Quinto q̄ritur vtꝝ
in baptismate reqrat̄ itentio   Qō quīta.
debita ī ꝯferēdo sacramētū:
Qꝫ nō. qꝛ nō hn̄s fidē pōt ba
ptisare:⁊ tn̄ nō hꝫ intētionez
debitā: qꝛ nullꝰ intēdit qd̄ nō
credit. ¶ Itē Aug. omelia. v.
sup Iob. Nō timeo ebriosū. ⁊c. et tn̄ ebriꝰ nō hꝫ in
tētionē determiatā. ¶ Oppositū ī lr̄a. ¶ Qō. vi.



Exto querit̄ vtrum
reqrat̄ actualis intentio vel suf=   Qō sexta.
ficiat habitualis. Qꝫ nō. ab actu
primo nō ꝓcedit aliquis effectꝰ
nisi mediāte actu scd̄o. igit̄ hītu=
alis intētio nō sufficit. ¶ Oppositū. minꝰ sufficit
in ministro ad cōferēdū baptismū q̄ in aliq̄ ad eli
ciēdū actū meritoriū. Sꝫ aliquis pōt mereri sine
actuali intētiōe:qꝛ vnꝰ actus potest eē meritoriꝰ
totꝰ si in p̄ncipio sit actualis intētio/ licꝫ ī medio
contingat distractio dū tn̄ fundamentū sit bonū.
¶ Ad p̄mā qōnē dr̄:ꝙ reqrit̄ intētio debita:qꝛ qn̄   Ad p̄maꝫ
ex multis fit vnū/opꝫ ꝙ hoc sit per aliq̄d vnū cō   q̄stionem.
iūgēs illa multa. sꝫ ī baptismo sunt multa ex qbꝰ
fit vnū. igit̄ ꝑ vnū cōiungēs q̄ dr̄ esse intētio minis=
stri. Sed vltra illō dico: distinguēdo vel respectu
actꝰ quē exercet. pꝫ. ij. phisicoꝝ. Agēs a ꝓposi=
to agit ex intētiōe. Et ista itētio respectu actꝰ quē
exercet reqrit̄ in oībꝰ actibꝰ hūanis:qꝛ licet actꝰ
fortuiti sint ab hoīe:vt cū agit aliq̄d nō a ꝓposi=
to:nō tn̄ sūt actꝰ hūani loq̄ndo de itētiōe respectū
finis itēti hoc ꝯtigit duplr̄. qꝛ vel respectū finis p̄n
cipalioꝝ vl̄ respectu finis ꝓpīquoris. Et hoc duplr̄
vl̄ ī vl̄i vl̄ ī ꝑticulari. Dico igit̄ ꝙ nō reqrit̄ ꝙ ba
ptizās itēdat effectū p̄ncipalē:neqꝫ in vl̄i neqꝫ ī
ꝑticl̄ari. qꝛ paganꝰ p̄t baptizare. ex̄ de ꝯs. ⁊ icipit
de q̄dā. Nō eī reqrit̄ ꝙ intēdat ꝙ fiat filius regni
nec ꝙ in eo recipiat̄ gratia:sꝫ reqrit̄ intētio respe
ctu actus ꝓpinq̄oris:⁊ hoc in vl̄i:vt ꝙ iste bapti=
satus fiat xp̄ianꝰ:qꝛ xp̄s voluit hr̄e mistrū q̄ itēde
ret effectū talē ī vl̄i:sicut ibi ē signū sensibile. Nō
aūt reqrit̄ in ꝑticulari:qꝛ noluit nos obligare ad
minꝰ difficile. ¶ Cōtra illō. nō oꝫ mistrū hr̄e intē
tionē effectꝰ iducēdi:sꝫ sufficit itētio agētis p̄nci=
palis. ¶ Itē si itētio reqrit̄ aut igit̄ tanq̄ aliq̄d sa
cramēti/vel tāq̄ aliō aliq̄d ex̄ sacramētū. nō p̄mo
qꝛ itētio baptisātis ē ī mistro. ⁊ q̄cq̄d ē itrinsecum
sacr̄o ē ī baptisato. neqꝫ scd̄o mō:qꝛ q̄cq̄d ibi req̄
rit̄ p̄ter sacrm̄ ē sensibile. igit̄ itētio mistri eēt sen=
sibil̄. ¶ Ad p̄mū hoꝝ dico:ꝙ īstrumētū dr̄ duplr̄
et nō pluribꝰ modis p̄t reppeiri ī ph̄ia vl̄ ꝙ p̄cise ē
īstrumētū ꝑ motū ⁊ q̄quō p̄t attigere p̄ncipalē ef
fectū ⁊ hoc eē īstrumētū ī vltīo īstāti iductiōis for
me sicut pꝫ de moneta nō solū oꝫ vti martello a=
ctiōe p̄ma:sꝫ et ꝑcutiēdo ī vltīo īstāti īpssiōis ima
ginis. et idē pꝫ q̄ntūcūqꝫ cera p̄us mollificet̄ oꝫ ꝙ
ī vltīo īstāti mediāte manu vel aliq̄ alio fiat īpssio
sigilli. Alio mō dr̄ eē īstrumētū qd̄ tn̄ ē p̄mū: ⁊ p̄ꝰ
agit anq̄ iducat̄ effectꝰ p̄ncipalis:ita ꝙ nūq̄ atti
git ad p̄ncipalē effectū:⁊ sic accidētia agūt īstru=

mẽtalr cũ sit agẽs nõ istrumẽtale respctũ effect⁹
ꝓpal. sʒ aliõ ẽ agẽs scdʒ ꝙ istrumẽtũ/nec dicit in
strumentũ nisi extẽdẽdo: ⁊ tale cõcurrit cũ agẽte
principali/sicut ad gñationẽ ignis cõcurrit ignis
gñans cũ deo vt cã secũda: qꝛ mouet propria for=
mã: ⁊ illud ꝓprie loquendo nõ est instrumentum

Nota totũ ⁊ nõ totaliter.

per hoc ad argumentũ dico: ꝙ minister nõ est tm̃
instrumentũ respectu act⁹ quẽ exercet: sʒ est cã se
cunda/sicut manus in scribendo vniuersalit agẽs
scdm̃ causat totũ effectũ/et agens primuʒ similit
sed neutrũ totalit respectu gratie vel caracteris
si est ibi caracter minister tm̃ est instrumentum: et
ideo respectu istoꝝ nulla intentio requirit in mi=
nistro/tñ instrumentũ qd̃ non est tm̃ instrumentũ
bene põt habere effectũ in intẽtiõe respectu cui⁹
dicitur agẽs scdm̃. Sed accidens qd̃ dicit instru=
mentũ forme substantialis in agendo tm̃ agit ad
primũ ⁊ nũꝙ attingit effectũ principalẽ sed essen
tialit induceret forma substãtialis effectũ suum si
nullũ esset accidens in eo sicut si esset. Sed sic nõ

Nota vltimũ instãs.

est de impressione imaginis in monetã mediante
martello in vltimo instanti. ¶ Ad aliõ dico: ꝙ in
tentio non est aliquid sacramenti intrinsece: sʒ est
causa intrinseca: ⁊ non seqtur ꝓpter hoc ꝙ nõ re=
quirat: qꝛ ita necessario requirit finis ⁊ efficiẽs si
cut materia ⁊ forma. Et cũ dicit igitur est sensibi
lis non sequit qꝛ illa intentio sensibilis hʒ ratio=
nem cause efficientis quoquomodo. ¶ Ad p̃muʒ
principale dico: ꝙ licet in baptismate neqʒ sit fi=
des in vniuersali neqʒ in particulari respectu ef=
fectus principalis nichil min⁹ baptizat. qꝛ sufficit
ꝙ intendat qd̃ ecclesia intendit/⁊ hoc de effectu
ꝓpinquori in vniuersali: sicut si ego intẽderẽ ꝑ cir=
cũcisionẽ in iudaismo aliquẽ fore de secta eoꝝ: et
sic velle vnũ pueꝝ circũcidere/nõ tñ credo ꝙ in=
tentio eoꝝ minime valeat: sed intẽdo hunc circũ
cidere scdm̃ ritum iudeoꝝ ⁊ valeat sibi qd̃ valere
põt: ita pfecte circũciditur a me sicut a iudeo. Sic
etiã nigromãtici qñ recipiũt aliquẽ de secta eoꝝ
dicunt super ipsum incãtationes et cõiurationes
¶ Ad aliõ p̃ncipale dico: ꝙ ebriosus est q̃ ex con
suetudie est ebri⁹: ⁊ talis põt esse actu sobrius vel
esto ꝙ sit ebri⁹ actu/vel est ita ebri⁹ ꝙ nõ põt ha=
bere intẽtionẽ ⁊ ꝓferre verba sicut decet: ⁊ tũc ni

Ad scd̃am q̃stionem.

chil facit: si aũt põt baptisat. ¶ Ad scd̃aʒ q̃stionẽ
dicit cõiter ꝙ ista diuisio intẽtionis est sufficiẽs i
actualẽ ⁊ habitualẽ/tñ dico nisi extendat actua=
lis vel habitualis nõ põt esse sufficiẽs: sed ꝓpe lo
quẽdo est media/puta virtualis. Qꝫ sit actualis
ptʒ cuiꝫ habitualis dupliciter illa q̃ act⁹sonat habi
tui: sed inter istas est media virtualis que non est
tm̃ habitualis. qꝛ talis põt esse in dormiente/et
in penitus nõ cõsiderãte/sʒ est i virtute intẽtiõis
actualis p̃cedẽtis/sicut si intẽdo celebrare in r.tu
ecclesie/⁊ habeo intentionẽ actualẽ postea cõti=
git in missa qd̃ multũ siue distract⁹ multotiẽs re=
deo/nõ est in illa distractione intẽtio actualis. sʒ
cũ auerto actualit. neqʒ hitualis tm̃ sicut cuʒ dor
mio/vel oĩno nichil de missa auerto. et i isto actu
põt acq̃ri meritũ: ⁊ etiã põt aliq̃s in tali actu pec

care mortalit: qꝛ si irẽ ad sctm̃ Jacobũ tota via ẽ
michi meritoriũ si intendo ex deuotione/⁊ tñ nõ
est necesse ꝙ tota via actualit cogitẽ de sctõ iaco=
bo/etiã in celebrãdo/in legendo euangelia acci=
dit distractio/tñ est act⁹ meritorius: qꝛ sufficit ꝙ
eliciat ab intẽtiõe actuali ⁊ sequat ipaʒ/sine hoc
interi velim 𝔷riũ/sicut etiã in martyrib⁹ forte nõ Exemplũ bonum.
est intentio actualis quãdo summe merent/vt qñ
vltimate patiũtur. qꝛ forte tunc nõ vtũtur rõne: sʒ
sufficit feruor p̃cedẽs ad hoc ꝙ ista intentio virtu
alis sit meritoria. de⁹ tm̃ si vellet posset i eis tunc
cõseruare intentionẽ actualẽ/nescio si facit. Sic
aliquis intendit ire ad interficiendũ hoĩes statim
in eundo inuenit aliquos ꝑcutientes ⁊ efficit i fu
ria. ⁊ tunc nõ hʒ intẽtionem nec boni nec mali: sʒ
est quasi extra se peccat tñ mortalit ꝙ hʒ intẽtio Vide quõ aliq̃s pec=
nẽ virtualẽ sequẽtẽ intentionẽ actualẽ sine hoc ꝙ cat ex vir=
interi velit contrariuʒ. Dico igit ꝙ in baptisante tuali itentione.
requiritur intentio virtualis. ¶ Ad rationes pro
prima ꝑte dico: ꝙ licet nullus effectus ꝓcedat ab
actu primo nisi mediante actu scdõ: nõ opꝫ tamẽ
actũ secundũ esse tunc qñ fit iste effectus sequẽs si
cut pꝫ de graui cadente in aquã causat circulatio=
nes/nõ em̃ opꝫ qñ ẽ circulatio ꝙ cadat lapis actu
sed fit tunc vltima circulatio in virtute alicui⁹ pre
existentis. ¶ Ad rationes ad oppositum dico: ꝙ
actualis reqritur: licet non sit simul et habitualis
non sufficit. Unde aliq̃ dicũt ꝙ si volo ire ad eccle
siam actualit imprimit aliqua virtus in virtutem
motiuam: et tunc in medio motus licet nõ auerto
quo vado/tamẽ illa vt⁹ ipsa mouet q̃diu durat:
⁊ ẽ ibi velle virtuale i illo medio/nõ aũt actuale
nec hitualẽ tm̃ si tñ aliq̃d iprimat/vel nõ i vtutẽ
motiuã dicet alibi de distinctione potẽtiarum.



Eptimo querit vtrũ Qõ. vii.
baptismus sit iterabilis. Qꝫ sic.
eucharistia est iterabilis: ⁊ tamẽ
est excellenti⁹ sacramentũ/igit
et baptismus. qꝛ propt reueren=
tiã sacramenti videt ipm̃ eẽ ini=
terabile. ¶ Oppositũ. Augu. de fide ad pe. vii. et
ad Orosiũ. q. lix. et Beda. Juxta hoc querit q̃ sit
pena iterantiũ. ¶ Ad primã questionẽ dico: ꝙ est Ad primã q̃stionem.
initerabilis ꝓpter auctoritates positas. ⁊ extra
de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. Maiores. Sʒ q̃re ẽ ini=
terabilis dicit qꝛ hʒ virtutẽ a passione xp̃i: ⁊ xp̃s
semel mortuus est. sed illud nõ valet. quia penitẽ=
tia habet efficatiã a passiõe xp̃i: igitur pari ratio
ne ipsa esset initerabilis. Aliter dicitur ꝓpter ca=
racterẽ impressum q̃ est indelebilis. sed ista ꝓpo=
sitio nõ valet: qꝛ esto ꝙ caracter insit tñ ꝓbat ma
gis notũ ꝑ min⁹ notũ: qꝛ a principio quo baptis=
mus fuit p̃ceptũ fuit notũ ꝙ est initerabilis: ⁊ nõ
ꝙ caracter imprimit. Etiã Augu. ponit expresse
baptismũ esse initerabilẽ/⁊ nullibi ponit caracte
rẽ. Nec etiã magister in littera dicit aliq̃d de cara
ctere nisi in vno loco: ⁊ hoc non est ad istum in=
tellectuʒ/quia dicit. vi. distinctione: seruato cara=
ctere christi hoc est forma xp̃i. in noĩe p̃ris. ⁊c.

¶ Dico igitur q principalis rõ initerabilitatis ẽ ab istituẽte: ⁊ si placuisset sibi potuisset baptisma iterari sicut penitentia. Quare aũt nõ placuit cõgruentia est ne daret intimã audaciã peccãtibus / qz delet penam et culpaz. ideo si fuisset iterabilis pniores fuissent hoies ad peccandũ. noluit tamẽ dimittere eos sine remedio quotienscũqz peccarent: ideo instituit penitentiã: sed ipsa nõ delet penam: qz facilitas venie prebet incentiuũ delinquẽti: hoc est venie q̃ est a pena nõ aũt a culpa. ¶ Ad rationes principales dico: q sacramentuz eucharistie non est iterabile in eadem hostia. Et si quis posteriꝰ faceret nichil fieret. ¶ Ad secundã questionem dico: distinguendo vel de conferente iterato vel de recipiente: primo mõ si scienter conferat efficitur irregularis: sicut si aliqs ea intẽtione iterato baptizaret aliquẽ infirmũ vt reciperet sanitatẽ sicut mouet questio. extra de apostatis. quidã eps habuit nepotem infirmum qui adhesit fatuo consilio ⁊ fuit iterato baptizatus vt reciperet sanitatẽ / ⁊ eps consuluit papam in isto casu et respondit papa q si hoc fecit publice nõ põt dispensare aliquis nisi solus papa / nec ipe adhuc nisi intret religionẽ. ⁊ hoc in fauorem religionis Si autez priuate fecit põt cum eo dispensare eps suus. sed si eps hoc fecit amouendꝰ est. sed ista lex est imperialis. Sz quid de ignorãtia dico: q ignorantia iuris non excuset / sed aggrauat: qz nulli licet intromittere qui ignorat qd sit agendum: sed ignorantia facti oino excusat: sicut si ecclesia baptizaret puer in domo ⁊ postea portat ad ecclesiam / ibi nulla est suspitio quare sacerdos non debeat conferre baptismum: qz non potest scire singula que fiunt in domibus parrochie sue. Si tamen aliqua sit suspicio dz baptizare sub cõditiõe: qz ex hoc nichil deperit baptizato si non prefuit baptisatus / et vterqz liberatur a periculo. Sz qd de iterato suscipiente baptismũ ignorãter: decretũ dicit q ignorantia facit eum irregularẽ: sz non opz eũ penitere. dico decretuz intelligit de ignorantia iuris. ¶ Contra. tunc oporteret eũ penitere: qz illa non excusat: ideo cum tali conuenit dispensare. sed cum eo qui est scienter baptisatꝰ non est dispensanduz. papa tñ multa posset facere que non vult facere. Unde licet excommunicatio que fit ab ecclesia sit grauior quia separat a communione fidelium / tamen irregularitas est permanentior.

Ad scdam questionem.

¶ Questio octaua.

Qõ viii.



Octauo q̃rit: vtruz in baptismo imprimatur caracter. Qp nõ. qz in circũcisione non imprimitur. igit nec i baptismo. antecedens patet: qz si sic: igitur non fuissent circũcisi postea baptizati: quia tũc fuissent duo eiusdem rationis differentia solo numero simul in anima: vt caracter baptismi ⁊ circuncisionis. consequentia patet: quia baptismus successit circũcisioni pro eodez remedio: licet mõ perfectiori. ¶ Item fides distinguit ab infideli: ⁊ tamen non imprimit caracterem / igitur nec baptismus. ¶ Item: charitas distinguit. v. de trini. xix. et tamen non imprimit caracterem. ¶ Item: caracter esset accidens per accidens inherens si esset / igitur non necessario esset inherens. sed si inest necessario inest. igitur. ⁊c. ¶ Oppositũ. Dionysius de ecclesiastica hiererchia. ca. ij. baptismꝰ imprimit quoddam signum. ¶ Item. Damascenꝰ lib. iiij. sententiarum. c. j. ¶ Item: nullum sacramentum est initerabile nisi propter indelebile derelictũ: sed baptismus est initerabilis. igitur. ⁊c.

¶ Circa questionem primo ponitur quedaz ratio cõmunis caracteris scdm omnes siue insit anime siue non. ¶ Caracter est quoddam signum spirituale impressum in susceptione cuiuscũqz sacramenti non iterabilis. Ex hoc seqtur vlteriꝰ q distinguit suscipientẽ a nõ suscipiente: ⁊ q est signũ remediatiuum: ⁊ q assimilat suscipientem ⁊ configurat: quia significat configurationem anime ad christum. vel que figuratio inest vel saltem debet inesse. Et vlterius sequitur q est aliquid aliud a gratia et virtutibus. quia gratia et virtutes non imprimuntur ficto: ⁊ tamen caracter imprimitur Ex hoc seqtur q est quodã mõ priꝰ gratia qz gratia non imprimit sine isto: licet econtra. et sequitur q erit quedam dispositio ad gratiam: tum: qz prius gratia: tum quia est imperfectius q̃ gratia: et imperfectius debet esse dispositio respectu perfectioris: ⁊ sequitur q in ipso est indelebilitas: qz si est aliud a gratia et virtutibꝰ. igitur non habet repugnans vel vt causam demeritoriã vel peccatum: ⁊ non corrumpitur aliquid supernaturale in nobis nisi ppter demeritũ vel peccatum. et tunc cessat deus illud conseruare. Est igitur caracter signum spirituale impressum in susceptiõe sacramẽti non iterabilis distinctiuum / remediatiuum / assimilatiuum / configuratiuum. aliud a gratia / priꝰ gratia dispositio ad gratiam indelebilem. hoc intelligo per caracterem. ¶ Dicitur ad questionem q nichil tale est in anima: qz in quocũqz sanctificato non recipitur gratia oino / nihil imprimitur reale absolutũ nec cõpatũ: sed qz ecclesia sanctificatur non imprimit sibi gratia sed efficit habilis ad vsuz. etiã qz calix sctificat nichil nouũ sibi imprimitur reale: sed deputatur sacris vsibꝰ. Sic homo in regeneratione si non recipit gratiam nihil reale imprimitur: nec remanet aliquid reale post gratia recedente esto q imprimatur. Sed potest aliqs famulari domino de nouo: et si nichil nouũ recipiat: et quomodo distinguitur a non tali / dupliciter / quia recipit actum qui preterijt: vt si fecit domino homagium / et per talem relationem rationis: et sic sufficienter ab alijs distinguitur: ⁊ illis de familia assimilatur. sicut si rex recipiat aliquem ad pacem suam / assistit sibi et tuetur eum: qz actũ recepit: et illã relationẽ rõnis et sic deꝰ assistit baptisato ⁊ tuet eũ. nec eget aliquo signo remediatio ad hoc q cognoscat eũ distincte ab alio. Pro hac parte arguitur sic. i codẽ actu in quo ali-

Caracter ẽ priꝰ gra.

Nota qd ẽ caracter.

quis peccat mortaliter / nullū solum supernaturale recipit. sed fictus in suscipiendo baptismū peccat mortaliter / non solum q: fictus. sed in ficte suscipiendo. igitur in suscipiendo nullū donū supnaturale recipit. ¶ Itē: donū dei / vel est gratia gratis data / vel gratū faciens donū. pzimo vt ,pphetia z hmōi datur ,ppter bonū ecclesie ex hoc q si ctus accipit caracterem. igit non est donū supnaturale pzimo mō si est donum scdo mō. igit perfecte curat. q: deus in actionibus suis nichil imperfectū dereliquit. q: fides non infunditur sine charitate / et si possit esse sine charitate. ¶ Item: in actionibus dei nichil frustra. s; iste caracter si ponatur frustra esset. q: non ponit nisi vt cessante fictione possit gratia inesse. sed ad hoc nichil iuuat caracter. q: si cesset p veram penitentiam sine oi caractere gratia infunditur si nō cesset fictio post baptismum p veram penitentia; nunq intelligit gratia. Dicit q non habet remissio ois pene p veram penitentiā: sed hoc habet virtute caracteris cessante fictiōe de cōmissis ante baptisma. ¶ Cōtra: sicut deus nunc assistit baptismo remittendo penā z culpā si accedens nō sit fict⁹: z esto q sit fictus / recedente fictione ex pactione cum ecclesia remittit cōmissa ante baptismū: sic poss; p pnia; qtū ad cōmissa ante baptismū remittere penam et culpam: licet nichil reale derelinquit per baptismum. q: posset ordinare q ficte baptizato recedēte fictione p penitentiā verā remitterētur sibi cōmissa ante baptismū qtum ad culpam z penā virtute gratie baptismalis q debuit infuisse sibi in susceptione baptismi / si non accessisset ficte. ¶ Itē alij effectus sequentes baptismum equaliter possunt saluari sine caractere sicut cum caractere: q: anima ex se est summe disposita ad susceptionem gratie: licet nō aia feda: sicut aer ex se sūme dispositus ad susceptiōem luminis: licet non aer tenebrosus et agens est infinite virtutis causans gratiam. igitur non preexigitur dispositio preuia.

¶ Item: si caracter est necessari⁹: aut igit ad hoc q anima suscipiat gratiam: aut quātum ad hoc q deus cognoscat animam tanq sigta; sibi. aut qtum ad existens in pena z gloria: vt maior sit gloria vel pena. Non propter pzimum: quia magis ē fecisse magnum actum meritoziū q suscepisse gratiam per baptismum. z magis est habuisse fidem et caracterē intensam. et tamen nullu; istozū triū preexigit caracterem in aia: nec etiam derelinqt. Non propter secūdū / quia equaliter nouit de⁹ animam sine caractere sicut cū caractere. Neq; etiā propter tertium est aliqua necessitas vt appareat signum distinctiuū: quia maior erit gloria existentibus in gloria propter charitatē intensam z act⁹ meritorios quos fecerunt q propter hoc q suscep erunt baptismu: et tamen intensa charitas non derelinquit signum distinctiuum / neq; est necesse propter maiorem confusionem existentium in pena: quia maior erit confusio cecidisse a charitate q a gratia baptismali. ¶ Item: pluralitas nō est ponenda preter necessaria. sed non inuenitur in scriptura caracter ad istum intellectu;. sed in vno loco caracter bestie / nec etiā inuenitur hoc in fide / neq; in dictis Augustini qui tamen mirabilit multu; loquitur de ista materia. Sed dicit Aug. aliquando suscipit sacramentum z non rem. Neq; inuenit a Dionysio parte. xij. ecclesiastice. hierarchie / luie. q exponitur. i. cruce a quibusda;: et iste est caracter de quo loquitur ibi: z tunc debēt fieri multa media: z bene post sequit baptismus igit iste caracter nō est caracter baptismi. Et parte. ix. dicit idem Dionysius quozūq; caracterum sunt expressiones / vel ymagines / vel signa: ita q in nullo est ad propositum. Neq; Damascen⁹ est ad hoc q principium noue vite. zc. et. c. iij. exponit illud per signum crucis: vnde auctoritates allegantur / ac si diceretur iste percutit te per baculum et tu es hō: igitur tu es hō per baculum. Capiunt enī per extrema et dimittitur medium. per hoc dico ad auctoritates q false allegant. ¶ Ad rationes dico / q non sequitur baptismus est initerabilis: igitur imprimit caracterē: q: sic posset deus assistere ex pactione sine caractere sicut cu; caractere / et essentialiter aiam cognoscere z gratiam infundere in susceptione / vel post recedente fictione. preter hoc si caracter esset aliquid absolutum: deus de potētia absoluta posset ipsum delere hoc est non conseruare ita q esset delebilis. nō sic scdm aliā viam actū qui preterijt. ¶ Aliter potest dici ad questionē q baptism⁹ imprimit aliquam rem. q: Innocentius extra de baptismo et eiusdem effectu. Maiores. q: opatio sacramentalis caracterem imprimit vbi non inuenit obicem zc. Et sentiendū est sicut ecclesia romana sentit. et illud capitulū fecit ipsemet: sed in alio capitulo qd fuit concilij generalis ponit de ista materia. et distinguendū est de dispositione: q: quedam pōt facere suscepitiū ydoneū / licet prius nō fuerit indispositum. Unde aliud est indispositum disponere. et aliud non indispositū facere ydoneum: neq; ponere caracterem claudit contradictionē. iō teneo istam partem solum pro auctoritate pape. ¶ Ad pzimum potest negari antecedens et consequentia. Ad probationem antecedentis concedo q baptisma postea impressit caracterem. Et cum dicitur / aut eiusdem rationis / aut alterius posset dici q alterius. credo tamen q sint eiusdē rationis: et concedo q due obligationes eiusdem rationis differentes solo numero possunt esse simul in eodem et non dubito de respectiuis. Etiam probabitur alibi q hoc est verum de absolutis. Ad probationem consequentie dico: q est simile de circumcisione et baptismo. quia circūcisio non habet effectum necessario concomitantem sicut baptismus. et ideo non opozet si vnum imprimat caracterem et aliud. ¶ Ad aliud. nescio quare fides et charitas non imprimerent caracterem cum si debeat sustineri q nō posset dici q q: in se sunt forme in aia. iō qsi scdm se sunt ibi immediate et non preexigūt caracterē / nec etiā derelinquunt cum recedūt. non sic est de baptismo.

¶ Ad aliud cū dicitur ꝙ caracter est accidēs per accidens: igiᵗ separabilis dicitur ꝙ est icorruptibile. qꝛ non hꝫ repugnans: nec aliquid quare deꝰ non debeat ipsum cōseruare. sed illud non valet. qꝛ sicut deus immediate creat caracterē ⁊ cōtingenter creat. ita tenet inesse post mere cōtingēter. Et si desineret cōseruare stati desineret esse et nō necessitatur: certū est ad cōseruandū sicut dicā de beatitudine nostra ꝙ mere cōtingenter cōseruabitur inesse: ideo concedo ꝙ caracter est accidens per accidens: ⁊ est vno modo indelebilis alio mō delebilis. indelebilis ꝓ tanto / qꝛ nunꝙ delebitur delebilis. qꝛ in se possit deleri: qꝛ posset deus ipm non conseruare in esse cum mere cōtingenter eū cōseruet. ⁊c. ¶ Ad primū pro opposita parte cū dicitur nichil imprimitur in alijs sanctificatis ab hoīe vbi gratia nō imprimitur: igitur nichil iprimitur hoi aliud a gratia. Dicitur: ꝙ non sequiᵗ qꝛ sicut ecclesia ⁊ calix ⁊ hmōi nō sunt capacia gratie: neqꝫ sunt capacia dispositionis supernaturalis que est ꝑuia ad gratiā: recipit tamen illam dispositionem preuiam in baptismo. ¶ Ad aliō cū dicitur ꝙ in eo actu quo quis per se peccat mortaliter non recipit totū supnaturale: hec est falsa: et quelibet talis vult accepta de donis supnaturalibus: qꝛ non ꝓpter demeritū vel pctm̄ alicuius vult deus suscipientē carere effectu ꝓximo vniuersali: licet velit eum carere effectu principali.

¶ Ad aliō dico: ꝙ caracter ꝑtinet ad donū gratū faciens: nec tamen perfecte curat: qꝛ nō est datuꝫ vt curet. sed dat deꝰ caracterē tanꝙ dispositionē ad curā perfectā. ¶ Ad aliud dicitur / ꝙ non frustra datur: qꝛ sine caractere nō haberet suscipiēs qḋ habet cum illo: qꝛ pena deletur: posset tamen deus si vellet de potētia absoluta ita potest delere sine isto sicut cum isto / sed non potest de potētia ordinata: quare autem hoc sit quia placuit.

¶ Ad aliud patet: ꝙ non necessario reqritur dispositio precedens ad gratiā qn̄ de potentia absoluta posset deus sine alia dispositione immediate causare gratiam in aīa / non autem sic ordinauit.

¶ Ad aliud cum dicitur / aut est necessariū vt anima suscipiat gratiā / vel vt deus cognoscat aīaꝫ / vel propter existentes in pena et in gloria / diciᵗ ꝙ propter nullū istoꝝ trium est absolute necessarium. tn̄ propter quodlꝫ istoꝝ est congruum. qꝛ licet sine caractere posset suscipiens esse distinctuꝫ non tn̄ ita bene: ⁊ voluit deꝰ de potentia ordinata ꝙ sic intret quilibet vitam. ⁊ ꝙ talis sit sibi cognoscibilis: ⁊ ꝙ illis sit maior gloria / vel maior confusio in pena. Et quō dicitur diceᵗ de xp̄o qui non suscepit caracterē / qꝛ tm̄ fuit baptisatꝰ baptismo Johānis / neqꝫ accepit caracterē sacerdotalē et tn̄ fuit summꝰ sacerdos / tn̄ si aliq̄ deberet gloria ꝓ istis caracteribꝰ, bene determinaret ꝙ xp̄s haberet illam gloriā / etiā antiq̄ patres vt Abraā et alij carerent ista gloria. ¶ Ad aliud. pluralitas nō est ponenda preter necessaria. sed Aug. cōtra donatistas lib. iij. dicit tres caracteres: sed capit ibi caracterē ꝓ baptismo. vnde nichil est ad propositum vbicūqꝫ inueni augustinū loq̄ de caractere: tū qꝛ multa sunt q̄ non inueniunᵗ scripta a sanctis: ideo tenetur ꝙ non ē pluralitas preter necessaria si concurrat caracter si concurrat cum alijs ꝓpter auctoritatem Innocētij tertij. ¶ Q̄ō. ix.



Q̄ō. ix.

Nono q̄riᵗ: vtrum caracter sit forma absoluta. Q̄ꝛ non. ij. Ethic. tria sunt in aīa. potentia / passio / habitꝰ. et illa absoluta q̄ sunt i anima sufficienter diuidūtur per ista tria. Sed caracter non est potentia: qꝛ non naturaliter inest. non est passio: qꝛ non est faciliter mobilis. non est habitus: qꝛ scḋm hoc nullus est aptus ad agendum: qꝛ ꝓpter caracterem solum non facilius opatur quis ꝙ prius. ¶ Item: si esset aliquid absolutū esset i aliquo genere et in aliqua specie non videtur nisi in aliqua specie qualitas: sed non est in quarta specie / quia nec est forma nec figura. non est in tertia: quia nō infert passionem / nec ex passione infertur. nō est in secunda: quia nec est naturalis potentia nec impotentia non est in ipsa: quia ē impossibiliter mobilis. ¶ Item: forma absoluta habet aliquem effectum sibi proprium / caracter vero non. ¶ Iteꝫ omnis forma absoluta est delebilis / tum qꝛ ab eodē a quo imprimitur potest destrui. tum quia habet contrarium. caracter autem est indelebilis.

¶ Oppositum. caracter disponit ad absolutū vt ad gratiam: igitur est absolutū. ¶ Itē: caracter assimilat xp̄o aliquo modo ⁊ ꝓximo scḋm qualitatē est aliquis similis. v. ⁊. iiij. Metaphi. ¶ Ad q̄stionē diciᵗ ꝙ caracter est forma absoluta: qꝛ mutatio non est nisi ad aliquid absolutū. v. Phi. Sꝫ ad caracterē est mutatio: qꝛ pōt acq̄ri sine alio absoluto: vt in ficte recipiente baptismū. ¶ Itē: relatio nō est fundamentū relationis: sic esset ꝓcessus in infinitū. Caracter est fundamentū relationis / qꝛ est signū rememoratiuū et cōfiguratiuum et distinctiuū. Ista tria sunt relatiōes fundate sup caractere. igiᵗ. ⁊c. ¶ Itē: caracter est ptās actiua vel passiua. Potestas passiua / vt i baptismo. Potestas actiua / vt caracter ordinis. Sed ptās qua quis pōt agere vel pati est forma absoluta. ¶ Itē in q̄lꝫ sacramēto est aliq̄ relatio noua in aīa suscipiēti: qꝛ aliᵗ se hꝫ ad deū post susceptionē ꝙ priꝰ: et nulla variatio ex pte dei. igiᵗ si caracter nō eēt nisi quedā relatio vel respectꝰ i aīa. igiᵗ q̄lꝫ sacramentū causaret caracterē. ¶ Cōtra ista: ⁊ pmō arguo cōtra hoiēꝫ: qꝛ iste doc. dicit ꝙ caracter est signū cōlonis diuinoꝝ / ⁊ dicit ꝙ ponitur signū loco gn̄is. sꝫ manifestū ē ꝙ signū ē in gn̄e relatiōis Uel igitur signū non est genus suum vel caracter non est quid absolutuꝫ. ¶ Itē: sicut plura nō sunt ponenda sine necessitate: sic nec perfectio maior ꝙ posset concludi ex illa necessitate qn̄ necesse est ponere in aliquo pfectionē. sꝫ ex illis oībꝰ q̄ attribuūtur caracteri non potest concludi ꝙ est forma absoluta: qꝛ equaliter possunt oīa saluari si poniᵗ

quia peccat mortaliter / nullũ solum supernatura le recipit. sed fictus in suscipiendo baptismũ peccat mortaliter / non solum qꝛ fictus. sed in ficte suscipiendo. igitur in suscipiendo nullũ donũ supna turale recipit. ¶ Itẽ: donũ dei / vel est gratia gratis data / vel gratũ faciens donũ. primo vt ꝓphetia ꝛ hmõi datur ꝓpter bonũ ecclesie ex hoc ꝙ fictus accipit caracterem. igit non est donũ supnaturale primo mõ si est donum scdo mõ. igit perfecte curat. qꝛ deus in actionibus suis nichil imperfectũ derelinquit. qꝛ fides non infunditur sine charitate / et si possit esse sine charitate. ¶ Item: in actionibus dei nichil frustra. sꝫ iste caracter si ponatur frustra esset. qꝛ non ponit nisi vt cessante fictione possit gratia inesse. sed ad hoc nichil iuuat caracter. qꝛ si cesset p veram penitentiam sine oĩ caractere gratia infunditur si nõ cesset fictio post baptismum p veram penitentiaꝫ nunꝙ intelligit gratia. Dicit ꝙ non habet remissio oĩs pene p veram penitentiã: sed hoc habet virtute caracteris cessante fictiõe de cõmissis ante baptisma. ¶ Cõtra: sicut deus nunc assistit baptismo remittendo penã ꝛ culpã. si accedens nõ sit fict⁹: ꝛ esto ꝙ sit fictus / recedente fictione ex pactione cum ecclesia remittis cõmissa ante baptismũ: sic possꝫ p pniaꝫ ꝗtũ ad cõmissa ante baptismũ remittere penam et culpam: licet nichil reale derelinquit per baptismum. qꝛ posset ordinare ꝙ ficte baptizato recedẽte fictione p penitentiã verã remitterẽtur sibi cõmissa ante baptismũ ꝗtum ad culpam ꝛ penã virtute gratie baptismalis ꝗ debuit infuisse sibi in susceptione baptismi / si non accessisset ficte. ¶ Itẽ alij effectus sequentes baptismum equaliter possunt saluari sine caractere sicut cum caractere: qꝛ anima ex se est summe disposita ad susceptionem gratie: licet nõ aĩa feda: sicut aer ex se sũme dispositus ad susceptiõem luminis: licet non aer tenebrosus et agens est infinite virtutis causans gratiam. igitur non preexigitur dispositio preuia.

¶ Item: si caracter est necessari⁹: aut igit ad hoc ꝙ anima suscipiat gratiam: aut quãtum ad hoc ꝙ deus cognoscat animam tanꝙ signaꝫ sibi. aut ꝗtum ad existens in pena ꝛ gloria: vt maior sit gloria vel pena. Non propter primum: quia magis ẽ fecisse magnum actum meritoriũ ꝙ suscepisse gratiam per baptismum. ꝛ magis est habuisse fidem et caracterẽ intensam. et tamen nullus istorũ triũ preexigit caracterem in aĩa: nec etiam derelinquit. Non propter secũdũ: quia equaliter nouit de⁹ animam sine caractere sicut cũ caractere. Neqꝫ etiã propter tertium est aliqua necessitas vt appareat signum distinctiuũ: quia maior erit gloria existentibus in gloria propter charitatẽ intensam ꝛ act⁹ meritorios quos fecerunt ꝙ propter hoc ꝙ susceperunt baptisma: et tamen intensa charitas non derelinquit signum distinctiuum / neqꝫ est necesse propter maiorem confusionem existentium in pena: quia maior erit confusio cecidisse a charitate ꝙ a gratia baptismali. ¶ Item: pluralitas nõ est ponenda preter necessaria. sed non inuenitur in scriptura caracter ad istum intellectuꝫ. sed in vno loco caracter bestie / nec etiã inuenitur hoc in fide / neqꝫ in dictis Augustini qui tamen mirabilit multuꝫ loquitur de ista materia. Sed dicit Aug. aliquando suscipit sacramentum ꝛ non rem. Nec qꝫ inuenit a Dionysio parte. xij. ecclesiastice. hierarchie / luie. ꝙ exponitur. i. cruce a quibusdaꝫ: et iste est caracter de quo loquitur ibi: ꝛ tu nc debẽt fieri multa media: ꝛ bene post sequit baptismus igit iste caracter nõ est caracter baptismi. Et parte. ix. dicit idem Dionysius quorũqꝫ caracterum sunt expressiones / vel ymagines / vel signa: ita ꝙ in nullo est ad propositum. Neqꝫ Damascen⁹ est ad hoc ꝙ principium noue vite. ꝛc. et. c. iij. exponit illud per signum crucis: vnde auctoritates allegantur / ac si diceretur iste percutit te per baculum et tu es hõ: igitur tu es hõ per baculum. Capiunt enĩ per extrema et dimittitur medium. per hoc dico ad auctoritates ꝙ false allegant. ¶ Ad rationes dico / ꝙ non sequitur baptismus est initerabilis: igitur imprimit caracterẽ: qꝛ sic posset deus assistere ex pactione sine caractere sicut cuꝫ caractere / et essentialiter aĩam cognoscere ꝛ gratiam infundere in susceptione / vel post recedente fictione. Preter hoc si caracter esset aliquid absolutum: deus de potẽtia absoluta posset ipsum delere hoc est non conseruare ita ꝙ esset delebilis. nõ sic scdm aliã viam actũ qui preterijt. ¶ Aliter potest dici ad questionẽ ꝙ baptism⁹ imprimit aliquam rem. qꝛ Innocentius extra de baptismo et eiusdem effectu. Maiores. qꝛ operatio sacramentalis caracterem imprimit vbi non inuenit obicem ꝛc. Et sentiendũ est sicut ecclesia romana sentit. et illud capitulũ fecit ipsemet: sed in alio capitulo qõ fuit concilij generalis ponit de ista materia. et distinguendũ est de dispositione: qꝛ quedam põt facere susceptiuũ ydoneũ / licet prius nõ fuerit indispositum. Unde aliud est indispositum dispone re. et aliud non indispositũ facere ydoneum: neqꝫ ponere caracterem claudit contradictionẽ. iõ teneo istam partem solum pro auctoritate pape. ¶ Ad primum potest negari antecedens et consequentia. Ad probationem antecedentis concedo ꝙ baptisma postea impressit caracterem. Et cum dicitur / aut eiusdem rationis / aut alterius posset dici ꝙ alterius. credo tamen ꝙ sint eiusdẽ rationis: et concedo ꝙ due obligationes eiusdem rationis differentes solo numero possunt esse simul in eodem et non dubito de respectiuis. Etiam probabitur alibi ꝙ hoc est verum de absolutis. Ad probationem consequentie dico: ꝙ est simile de circumcisione et baptismo. quia circũcisio non habet effectum necessario concomitantem sicut baptismus. et ideo non oportet si vnum imprimat caracterem et aliud. ¶ Ad aliud. nescio quare fides et charitas non imprimerent caracterem cum si debeat sustineri ꝙ nõ posset dici ꝙ qꝛ in se sunt forme in aĩa. iõ qñ scdm se sunt ibi immediate et non preexigũt caracterẽ / nec etiã derelinquunt cum recedũt. non sic est de baptismo.

¶ Ad aliud cũ dicitur q̄ caracter est accidẽs per
accidens: igit̃ separabilis dicitur q̄ est icorrupti-
bile. q̄ꝛ non hꝫ repugnans: nec aliquid quare de⁹
non debeat ipsum cõseruare. sed illud non valet.
q̄ꝛ sicut deus immediate creat caracterẽ ꝛ cõtin-
genter creat, ita tenet inesse post mere cõtingẽter
Et si desineret cõseruare stati desineret esse et nõ
necessitatur: certũ est ad cõseruandũ sicut dicã de
beatitudine nostra q̄ mere cõtingenter cõseruabi
tur inesse: ideo concedo q̄ caracter est accidens
per accidens: ꝛ est vno modo indelebilis alio mõ
delebilis. indelebilis ꝑ tanto / q̄ꝛ nunq̄ delebitur
delebilis. q̄ꝛ in se possit deleri: q̄ꝛ posset deus ipm
non conseruare in esse cum mere cõtingenter euꝫ
cõseruet. ꝛc. ¶ Ad primũ pro opposita parte cuꝫ
dicitur nichil imprimitur in alijs sanctificatis ab
hoie vbi gratia nõ imprimitur: igitur nichil ĩpri-
mitur hoi aliud a gratia. Dicitur: q̄ non sequit̃ q̄ꝛ
sicut ecclesia ꝛ calix ꝛ hmõi nõ sunt capacia gra-
tie: neqꝫ sunt capacia dispositionis supernatura-
lis que est ꝑuia ad gratiã: recipit tamen illam di-
spositionem premiam in baptismo. ¶ Ad aliõ cũ
dicitur q̄ in eo actu quo quis per se peccat mor-
taliter non recipit totũ supnaturale: hec est falsa:
et quelibet talis vult accepta de donis supnatura
libus: q̄ꝛ non ꝑpter demeritũ vel pctm̃ alicuius
vult deus suscipientẽ carere effectu ꝑprimo inuni
uersali: licet velit eum carere effectu principali.
¶ Ad aliõ dico: q̄ caracter ꝑtinet ad donũ gratũ
faciens: nec tamen perfecte curat: q̄ꝛ nõ est datuꝫ
vt curet. sed dat de⁹ caracterẽ tanq̄ dispositionẽ
ad curã perfectã. ¶ Ad aliud dicitur / q̄ non fru-
stra datur: q̄ꝛ sine caractere nõ haberet suscipiẽs
qd̕ habet cum illo: q̄ꝛ pena deletur: posset tamen
deus si vellet de potẽtia absoluta ita potest dele-
re sine isto sicut cum isto / sed non potest de potẽ-
tia ordinata: quare autem hoc sit quia placuit.
¶ Ad aliud patet: q̄ non necessario reqritur di-
spositio precedens ad gratiã q̄n de potentia abso-
luta posset deus sine alia dispositione immediate
causare gratiam in aĩa / non autem sic ordinauit.
¶ Ad aliud cum dicitur / aut est necessariũ vt ani-
ma suscipiat gratiã / vel vt deus cognoscat aiaꝫ /
vel propter existentes in pena et in gloria / dicit̃
q̄ propter nullũ istoꝝ trium est absolute necessa-
rium. tñ propter quodlꝫ istoꝝ est congruum. q̄ꝛ li-
cet sine caractere posset suscipiens esse distinctuꝫ
non tñ ita bene: ꝛ voluit de⁹ de potentia ordina-
ta q̄ sic intret quilibet vitam. ꝛ q̄ talis sit sibi co-
gnoscibilis: ꝛ q̄ illis ĩsit maior gloria / vel maior
confusio in pena. Et quõ dicitur dicet̃ de xp̃o qui
non suscepit caracterẽ / q̄ꝛ tm̃ fuit baptisat⁹ baptis
mo Johãnis / neqꝫ accepit caracterẽ sacerdotalẽ
et tñ fuit summ⁹ sacerdos / tñ si aliq̃ deberet̃ glo-
ria ꝑ istis caracterib⁹, bene determinaret q̄ xp̃s
haberet illam gloriã / etiã antiq̃ patres vt Abraã
et alij carerent ista gloria. ¶ Ad aliud. pluralitas
nõ est ponenda preter necessaria. sed Aug. cõtra
donatistas lib. iij. dicit tres caracteres: sed capit
ibi caracterẽ ꝑ baptismo. vnde nichil est ad pro-

positum vbicũqꝫ inueni augustinũ loq̃ de caracte
re: tũ q̄ꝛ multa sunt q̃ non inueniunt̃ scripta a san
ctis: ideo tenetur q̄ non ẽ pluralitas preter neces
saria si concurrat caracter si concurrat cum alijs
ꝑpter auctoritatem Innocẽtij tertij. ¶ Q̃õ. ix.



Ono q̃rit̃: vtrum caracter sit forma absoluta. Q̃õ. ix.
Q̄ꝛ non. ij. Ethic. tria sunt in
aĩa. potentia / passio / habit⁹.
et illa absoluta q̃ sunt i anima
sufficienter diuidũtur per ista
tria. Sed caracter non est po
tentia: q̄ꝛ non naturaliter inest. non est passio: q̄ꝛ
non est faciliter mobilis. non est habitus: q̄ꝛ scđm
hoc nullus est aptus ad agendum: q̄ꝛ ꝑpter cara-
cterem solum non facilius opatur quis q̄ prius.
¶ Item: si esset aliquid absolutũ esset i aliquo ge
nere et in aliqua specie non videtur nisi in aliqua
specie qualitas: sed non est in quarta specie / quia
nec est forma nec figura. non est in tertia: quia nõ
infert passionem / nec ex passione infertur. nõ est
in secunda: quia nec est naturalis potentia nec im
potentia non est in ipsa: quia ẽ impossibiliter mo
bilis. ¶ Item: forma absoluta habet aliquem ef-
fectum sibi proprium / caracter vero non. ¶ Iteꝫ
omnis forma absoluta est delebilis / tum q̄ꝛ ab eo
dẽ a quo imprimitur potest destrui. tum quia ha-
bet contrarium. caracter autem est indelebilis.
¶ Oppositum. caracter disponit ad absolutũ vt
ad gratiam: igitur est absolutũ. ¶ Itẽ: caracter as
similat xp̃o aliquo modo ꝛ ꝑprimo scđm qualita
tẽ est aliquis similis. v. ꝛ. iiij. Metaphi. ¶ Ad q̃-
stionẽ dicit̃ q̄ caracter est forma absoluta: q̄ꝛ mu-
tatio non est nisi ad aliquid absolutũ. v. ꝓhi. Sꝫ
ad caracterẽ est mutatio: q̄ꝛ põt acq̄ri sine alio ab
soluto: vt in ficte recipiente baptismũ. ¶ Itẽ: re-
latio nõ est fundamentũ relationis: sic esset ꝓces
sus in infinitũ. Caracter est fundamentũ relatio-
nis / q̄ꝛ est signũ rememoratiuũ et cõfiguratiuum
et distictiuuꝫ. Ista tria sunt relatiões fundate sup
caractere. igit̃. ꝛc. ¶ Itẽ: caracter est ptãs actiua
vel passiua. Potestas passiua / vt i baptismo. Po-
testas actiua / vt caracter ordinis. Sed ptãs qua
quis põt agere vel pati est forma absoluta. ¶ Itẽ
in q̃lꝫ sacramẽto est aliq̃ relatio noua in aĩa susci-
piẽtꝫ: q̄ꝛ alit̃ se hꝫ ad deũ post susceptionẽ q̄ pri⁹:
et nulla variatio ex ꝑte dei. igit̃ si caracter nõ eẽt
nisi quedã relatio vel respect⁹ i aĩa. igit̃ q̃lꝫ sacra
mentũ causaret caracterẽ. ¶ Cõtra ista: ꝛ prĩo ar
guo cõtra hoieꝫ: q̄ꝛ iste doc. dicit q̄ caracter est si
gnũ cõionis diuinoꝝ / ꝛ dicit q̄ ponitur signũ lo-
co gñis. sꝫ manifestũ ẽ q̄ signũ ẽ in gñe relatiõis
Uel igitur signũ non est genus suum vel caracter
non est quid absolutuꝫ. ¶ Itẽ: sicut plura nõ sunt
ponenda sine necessitate: sic nec perfectio maior
q̄ posset concludi ex illa necessitate q̃n necesse est
ponere in aliquo ꝑfectionẽ. sꝫ ex illis oĩb⁹ q̃ attri
buitur caracteri non potest concludi q̄ est forma
absoluta: q̄ꝛ equaliter possunt oĩa saluari si ponit̃

forma respectiua ꝙ declaro saluando illas quat=
tuor rōnes adductas: qꝛ nulla illarū cōcludit cara
cterē esse formā absolutā. ¶ Dico igitˀ ad primaꝫ
cū accipitˀ mutatio nō est nisi ad absolutū falsum
est: qꝛ respectus duplex est: q̄dam intrinsece adue
niens. quidā ab extrinseco: ꝛ non pōt esse respe=
ctus ita intrinsece adueniens ꝙ posset oriri a fun
damēto solo nisi posito termino. qꝛ nichil referˀ
ad se. igitˀ respectus intrinsecus adueniens nō po
test aduenire nisi posito extremo cū fundamento
vel exteriꝰ. igitur respectus extrinsecus aduení=
ens plus requirit: qꝛ positis extremis ꝛ fundamē
to si tunc necessario aduenıret ex natura rei esset
intrīsecꝰ. ideo ad respectū ab extrīseco aduenıēte
pōt eē mutatio. ¶ Itē aliq̄ actio pōt esse noua nō
priꝰ mutato altero extremo ad formā. sicut ignis
antiquus posset agere in lignū antiquū de nouo.
licet nichil absolutuꝫ de nouo adueniret huic vel
illi: qꝛ ex hoc ꝙ ista non sunt approximata: ꝛ priꝰ
non: ꝛ approximatio nichil causat absolutum in
ligno: nec in igne: sic deus pōt respectū nouū im=
primere sine nouo absoluto. igitur assumptuꝫ est
falsum. Et cū allegatˀ phūs ad hoc: dico ꝙ phūs ē
ad oppositum. qꝛ ipsemet cōcedit ꝙ pōt esse mo=
tus ꝑ se ad vbi. et tñ vbi nullā formam absolutaꝫ
dicit. sicut probabitur alibi. tamen de hoc ꝙ phi=
losophus negat ad respectū esse motum vel muta
tionem per se. Dico ꝙ ipse intelligit de respectu
itrīsecꝰ adueniēte q̄ ꝯsequitˀ extrema posita in eē ex
natura rei cuius est paternitas vel filiatio: ꝛ hu=
iusmodi respectus dicitur esse relatio. nō aūt qui=
libet respectus est relatio scdm ponentes distin=
ctionē predicamentorū in. x. res. ¶ Ad scdam ra=
tionē dico: ꝙ oīa ista vt assimilare cōfigurare. ꝛc.
possunt cōuenire soli relationi respectui: qꝛ pōt es
se signū rememoratiuū distinctiuum ꝯfiguratiuū
qꝛ obligatus per votum habet signū distinctiuuꝫ
et rememoratiuū ꝛ assimilatiuū. ꝛ tñ nichil abso=
lutum causatur in eo ꝑ votum. Et cū dicitˀ relatio
non fundatˀ in relatione / falsum est: qꝛ scdm Eu=
clidem / ꝓportionabilitas ē similitudo ꝓportio=
nū. vnde ꝓportiones possunt esse similes. vnde
cōiter accipiendo similitudinem potest reperiri ī
omni gñe. tñ si stricte accipiatˀ sicut identitas tñ
est in substantia stricte. licet cōiter in omi genere.
Sic potest dici de similitudine ꝛ de equalitate. ꝛ
sic stricte scdm qualitatē est aliquid simile. ¶ Ad
tertiū: ꝙ si caracter est potestas non propter hoc
est forma absoluta qua agens agit vel patiens pa
titur. qꝛ potestas ordis q̄ ē potestas ad agēdū nō
est absolutū: qꝛ quicquid agit sacerdos: vt ꝓferē=
do verba sacramentalia / vel quecūqꝫ alia respe=
ctu quorū habet actionem propriam: qꝛ eadē pos
set laycus facere. sed illa q̄ facit ministerialitˀ non
posset laycus facere q̄tum ad hoc ꝙ si laycus ꝓ=
ferret verba sacramentalia agens principale nō
coassisteret sibi causando effectū principalem qꝛ
pepigit cū ecclesia ꝙ nō coassisteret in agendo ni
si ministro habente ordinē: sicut pꝫ cōiter nō te=
netur a theologis ꝙ p̄tās epi sit ordo distinctus:
et tamen si priusq̄ esset eṗs conferret ordines ali
cui nichil faceret: ꝛ postq̄ esset eṗs cōferret: ꝛ ta=
men cum est consecratus eṗs nichil absolutū re=
cipit. Sic iudex sententiat postq̄ est constitutꝰ iu=
dex: ꝛ habet sua sententia efficatiā / prius non ha
buit ꝑ hoc ꝙ est constitutus iudex nichil absolutū
recipit. sic pater assistit filio / ꝛ ipsum defendit ex
traneo non assistit sic rex aliquē q̄ fecit sibi homa
gium defendit. ꝛ tñ per hoc nichil absolutum reci
pit. Sic deus assistit huic habenti hoc signum re
spectiuū: non habenti non assistit sic ī agēdo. Sic
pꝫ ꝙ potestas passiua non oportet esse aliq̄d ab=
solutū q̄ cōfertur in baptismo: qꝛ obligatus reli=
gioni habet potestatem suscipiendi qd non habet
alius sine oī nouo absoluto. ¶ Ad quartū dico ꝙ
ista ratio destruit primā: ꝛ preter hoc capit falsuꝫ
Primo: cū dicitˀ ꝙ in oī sacramento creatur aliq̄
relatio noua. et non in susceptione cuiuslibet cre=
atˀ nouū absolutū. igitur pōt mutatio terminari
ad cōparatū sine oī absoluto preter hoc capit ꝙ
relatio q̄ creatur in susceptione sacramenti ma=
net post actū qd est falsū: qꝛ nihil manet / nec rela
tio / nec aliud post actum nisi in tribus sacramen=
tis tñ q̄ sunt iterabilia. Dicit: quō igitˀ ponis fun=
damentū ꝓpriū caracteris cū quelꝫ relatio habe
at ꝓprium fundamentū: ꝛ quō distinguitur cara=
cter ab alijs respectibus. ¶ Ad primū dicitˀ: ꝙ fū
damentū caracteris est nuda essentia anime / non
excludendo potētias siue sint de essentia vel non
qꝛ sicut respectus intrinsecus adueniēs est imedi
ate in essentia fundamenti / sic respectꝰ extrinse=
cus adueniens a deo est imediate in essentia aīe.
¶ Ad scdm dico: ꝙ similitˀ distinguitˀ caracter ab
alijs si sit forma respectiua / sicut si sit absoluta:
qꝛ sic distinguuntur formaliter rōnes ꝑ suas for=
mas sicut cōposita absoluta ꝑ suas et formalia re
spectiuorū seipsis: sicut formalia absolutorū: ꝛ ea=
dē est ratio caracteris dn̄o q̄ ponitˀ nunc. Unde si
cut videmus ꝙ ī regno tēporali sunt multi gradꝰ.
Primo aliquis est de familia regis / ꝛ non q̄lꝫ ta=
lis est aptus ad militandū: sed postea aliq̄s de fa=
milia acceptatur vt sit miles iurando ꝙ strenue
defenderet dn̄m suū. ꝛ illud non sufficit: sed acce=
ptatur aliq̄s de militibus prescito sacramento ad
prudenter ducendū populū: vt postea sit dux. nul
lus tamen istorū per istas obligatiōes recipit no
uum absolutū: sed tñ respectū. Sic posset deꝰ fa=
cere in regno suo ꝙ primo acceptatus ad familiā
ꝑ baptismū tm̄ recipiat nouuꝫ respectū. Secūdo
acceptatus in gradu militis ꝑ cōfirmationem si=
militer recipiet nouum respectū. Tertio: accepta
tus in gradu dupliciter per sacramētū ordis tātū
recipit nouū respectū: ꝛ sic in primo gradu distin
guitur talis a non tali per obligationem illaꝫ que
est respectus sicut credens a non credente ꝑ fideꝫ
nichil tamē indelebile imprimitur per fidē. ¶ Di= Diffinitio caracteris
co igitur ad questionem ꝙ vna est rō cōis / seu de
scriptio caracteris vbi aliq̄d est de essentia: et ali=
que sunt ꝓprietates. Unde caracter est forma spi
ritualis impressa cuilibet suscipienti sacramentū

nõ iterabile indelebiliter ꝑmanens ex institutione diuina gratiã efficaciter signs: ⁊ ad illam disponens. Qꝫ sit forma spiritualis pꝫ: siue ponitur absoluta vel respectiua. Si absoluta. tunc põt vlterius exemplificari: vt habitꝰ vel dispositio. Si ponitur respectiua. tunc ꝑticule sequentes meliꝰ possunt substineri esse de essentia. Et dicitur indelebiliter ꝑmanẽs: qꝛ deus non disponit ex institutiõe sua spirituale ĩ nobis non conseruare nisi demeritum vel peccatũ sit sibi repugnans. sed nullum tale repugnat caracteri. Si ponitur caracter relatio cõis cum actu recepto q̇ preterijt manifestum est ꝙ est oĩno indelebile. Sed per hanc rationẽ susceptio cuiuslibet sacramenti imprimeret caracterẽ: qꝛ ibi creat relatio rationis cuꝫ actu q̇ preterijt. Si ponatur caracter qualitas dicitur a q̇busdã ꝙ non est in aliqua specie: qꝛ vt habet. x. Metha. corruptibile ⁊ incorruptibile differũt pliꝰ q̄ scd̃m genus. igitur cũ caracter sit incorruptibilis differt specie a quolꝫ corruptibili. igitur non est in aliqua specie qualitatis. sed illud non valet qꝛ ex hoc ꝙ caracter causatur supnaturaliter hoc non impedit q̇n possit esse in specie: sicut patꝫ de gratia. Etiam ex hoc ꝙ hec sit ab agente finito ⁊ illud ab infinito / non distinguit ista specie vel genere. sed ꝑ propriã formã a quocũqꝫ efficiẽte tunc etiã ꝙ additur christo non est ad ꝓpositũ: qꝛ phs ĩtelligit ꝙ illa differũt pliꝰ q̄ gñe phico: qꝛ loquitur ibi de contrarijs habentibus idẽ susceptiuum immediate. vnde nõ oportet ꝙ differãt corruptibile et incorruptibile gñe logico. Aliter dicitur ꝙ caracter est in oĩbus quattuor speciebus: qꝛ vt figura est in quarta vt est principium ad agendum est in tertia specie vt est principium sic agendũ est in secunda specie vt est habitus vel dispositio ad gratiã est in prima specie. Et dicit ꝙ non est incõueniens ꝙ illa que sunt separatim in inferioribus sunt vnite in superioribus. ¶ Contra: illud q̇dditas cuiuscũqꝫ est tñ vna. igitur si est in specie est tñ in vna. Aliter dicit ꝙ est in quarta specie qualitatis tñ / qꝛ configurat. ¶ Contra figura nõ cõpetit sibi nisi ꝑ metaphisicã. sed nichil dicitur eẽ in specie ꝓpter illud qd̃ cõpetit sibi metaphisice. Sic enĩ posset christus esse in specie qualitatis et apostoli / ⁊ species intelligibilis posset dici esse in quarta specie ꝑ metaphisicã. ¶ Dico igitur ꝙ sicut non est medium ad inq̇rendũ ꝙ sit nisi auctoritas pape: sic neqꝫ est mediũ ad inquirendum q̇d sit neqꝫ in qua specie sit: ideo non possunt ad hoc haberi nisi congruitates q̄dam: ⁊ vbicũqꝫ ponit possunt solui rationes in cõtrariũ: licet non eq̄ faciliter. Unde sustinendo ꝙ sit habitus põt dici ꝙ ad rõnes doctoris q̇ ĩtendit ꝓbare ꝙ non sit habitus cum dicit oĩs habitus est scd̃m quem bene vel male habemus / falsum est / qꝛ species intelligibilis potest dici habitus: ⁊ tamen scd̃m illam neqꝫ bene neqꝫ male habemus. vnde habitꝰ potest dici non solum aliq̇d bene vel male habendi: sed absolute habendi. vnde ex actibꝰ elicitis q̇ sunt indifferentes ad bene et male potest causari habitꝰ indifferens qui erit facultas ad agendũ: ⁊ tamen neqꝫ ad bene neqꝫ ad male agẽdum sed indifferẽter. neqꝫ quilibet habitꝰ facilitat ad agendũ: quia habitus supnaturalis nõ dat faciliter agere: ideo nec de ratione habitus. vnde habitus est ꝙ scd̃m ipsum bene vel male agimus: qꝛ instãtia est de habitu acq̇sito indifferẽti: q̇n neqꝫ inclinat ad bene neqꝫ ad male agere: sed tñ ad facilit agere: ⁊ potest esse habitus infusus q̇ neqꝫ inclinat ad bene neqꝫ ad male / neqꝫ ad faciliter agere. Unde deꝰ põt imprimere habitum scd̃m quẽ habens ipsum neqꝫ inclinatur ad bene agere / neqꝫ ad male / neqꝫ ad faciliter. hmõi aũt est caracter: qꝛ verius credo si ponitur absolutũ ꝙ sit in prima specie q̄ in secunda. neqꝫ seq̇tur disponit ad aliud. igitur non est habitus. qꝛ vnus habitꝰ põt disponere ad aliũ vel si dicatur ꝙ est habitus supnaturalis. et talis ĩn nulla specie est quã ponit aristoteles: qꝛ non sciuit de talibus. Sed tũc non videtur rõ quare gratia debeat poni / vel charitas ꝓprie in aliqua specie qualitatis quã ponit aristoteles cũ sint habitꝰ supernaturales: et tñ sine oĩ metaphisica ponunt proprie in specie qualitatis. iõ congruentius videtur ꝙ sit in prima specie qualitatis q̄tum ad illa que sunt de essentia eius. quia non ita faciliter possunt saluari ea que ꝑtinent ad essentiã suã fm ꝙ prius describitur si ponitur in secunda specie sicut si in prima. facilius tñ possunt oĩa saluari forte si ponitur esse relatio rationis. ¶ Ad primum principale pꝫ sustinẽdo ꝙ est habitus ꝙ nõ oportet scd̃m ipsum bene vel male / neqꝫ faciliter operari nisi esset acq̇situs ex actibus: ⁊ tunc solũ oppositum ꝙ scd̃m ipsum posset quis facilit operari ¶ Ad aliud dico: ꝙ non quelꝫ forma absoluta hꝫ effectum ꝓpriũ: sed põt esse dispositio respectu alterius habitus. ¶ Ad aliud dictũ est quõ est delebilis ⁊ indelebilis. Si est aliq̇d absolutum indelebile est: qꝛ nũq̄ delebitur. Si aũt sit relatio rationis scd̃m actum q̇ preterijt simpliciter est indelebilis sustinẽdo ꝙ tñ est relatio rõnis. ¶ Dico ad primũ ad oppositum ꝙ non sequitur: disponit ad absolutũ / igitur est absolutũ. qꝛ est dispositio tñ ex institutione diuina. ¶ Ad aliud cũ dicit: ꝙ assimilat: dico ꝙ relationes possunt esse similes. vnde similitudo tñ dicitur denoĩatiue de qualibet et essentialiter de relatione: et non sic assimilat sicut qualitas scd̃m istam viam. ¶ Questio decima.

Facilꝰ ꝑe sustineri ꝙ est relatio rationis.



Trum caracter immediate sit in essentia anime vel in potentia. Qꝫ nõ in essentia. qꝛ disponit ad fidem fides est in intellectu. igitur ⁊ caracter. ¶ Oppositum. gratia est in essentia anime: igit et caracter qui disponit ad ipsam. Dicitur ꝙ forme supnaturales ꝑficiũt aiam ꝓportionalit: ita ꝙ primum supnaturale perficit primũ in aia ⁊ se

Nõ. x.

cundũ secundũ. igitur gratia est prima vita supnaturalis: et essentia aie est primuz ex alia pte. ideo gratia pficit imediate essentiam aie scõm rõnem vite. z sicut potentia est scõz in aia: ideo caracter ipsam pficit: ita q gratia est in aia et caracter in potẽtia: z ẽ vni⁹ potẽtie: q̃ ẽ vnũ accidẽs z accñs numeraꝛ ad numeratione subiectoꝝ. Et cuius potentie est dicitur q intellectiue: quia ibi rõ ẽ tota ymago in radice. ¶ Contra illud. dispositio prvia vel est in eodem susceptiuo / vel in priori q̃ illõ ad quod disponit. Nunq̃ eni inueniꝛ dispositio preuia in susceptiuo posteriori q̃ illõ ad qõ disponit nisi insitetur in pposito. sed caracter est dispositio preuia ad gratiaz: z gratia est in essentia: z intellectus est posterior essentia. igiꝛ impossibile est q i ipso sit caracter. ¶ Item: si vita spiritualis est in eo q est principiũ vite nostre non seqtur ppꝛ hoc q potentia supnaturalis sit in potentia aie: q̃ ratio antecedentis est q oportet p̃mã pfectionẽ supernaturalem esse scõm primam perfectionem in aia: z potentia põt esse illius q per ipam põt operari. ¶ Item: non dicimus q habit⁹ naturalis sit in habitibus aie: licet dicam⁹ vitam supnaturalẽ esse in essentia aie: igitur nõ oportet formas supnaturales sic pficere aiam pportionaliꝛ. q̃ ipm ibi perficiat primũ in aia: z secundũ secũdũ: z tertiũ tertiũ. ¶ Item: de illo q dicitur q tota imago est in intellectu sicut in radice: verum est si intelligaꝛ vt forma perfectior est in materia. sed tũc est ratio ad oppositum: q̃ perfectio p̃ma debet esse prioris prioritate perfectionis et non via gñationis. si intelligitur de primitate cõtinentie virtualis falsum est / vt pbabiꝛ alibi. Dico igiꝛ q gratia nõ est aliud q̃ charitas / sed oino realis idẽ / nisi q forte potest aliter cõcipi scõm rõnem / z charitas perficit voluntatẽ imediate. et gratia est effectus principalis sacramenti baptismi. igitur est per se in voluntate si est oino idez q charitas. igitur dispositio sua vt caracter erit imediate in eodem. Obligatio eñ non fit nisi per actum voluntatis: igiꝛ z si fiat ab alio debet fieri in eodem. vnde si deus posset cãre votum in me cãret illud in voluntate mea: et si cãret signũ illius voti adhuc illud signum cãret in voluntate: sic gratia / charitas / caracter in voluntate sunt. ¶ Ad ratiões dico / q caracter est immediate dispositio ad gratiã et non ad fidẽ per se. ¶ Ad rationes ad oppositũ dio / q gratia est immediate in voluntate z nõ in essentia. ¶ Distinctio septima. ¶ Questio prima.

Gratia in aia z caracter i potẽtia imediate.

Dist. vij. Qõ p̃ma.



Circa cõfirmationem / primo premisso descriptionem eius. Est eñ confirmatio vnctio hois non inuiti crismate sanctificato facta in frõte signo crucis a ministro ydoneo simul inungẽte. z verba certa cum intentione debita pferente ex institutione diuina signs efficaciter vnctionem interiorẽ per gratiã roborantẽ datã ad confitendũ fidem xp̃i sine verecundia. In hac diffinitione ponitur materia ppiqua z remota. Materia remota est crisma sanctificatum sicut aqua i baptismo. Materia propinqua / vnctio. sicut i batismo ablutio. et debet crisma sanctificatum esse ex oleo oliue et balsamo / sanctificatũ sanctificatione epali cõiter: et quare non est aqua sanctificata materia baptismi. dico q q̃ aqua tangebatur a carne xp̃i immediate: nõ sic crisma. congruitates sunt quare debet esse oleũ / q̃ est supnatãs z incentiuũ: sic charitas cõcurrit / etiã balsamũ / q̃ est boni odoris: z per hoc figuratur fama xp̃i ad preseruandũ a putrefactione. forma concurrit vt verba creata Dicet eñ confirmo te signo crucis crismate salutis In noie patris z filij z spũssancti. z sine istis nichil faceret. Dicit. non sic fiebat in primitiua ecclesia. dico q nec fecit xp̃s sacerdotes oino sicut nunc sunt facti cum dixit. Quotienscũqz hoc feceritis. zc. nihil dicẽdo eis de calice. z tñ hec ẽ forma nunc. z creditur derelicta ab apostolis / vt docta forte a petro vel aliquo alio apostolo: licet non inueniatur in scripto. Multa eñ docuerũt q̃ non reliquerũt in scriptis. Ponitur etiam a ministro idoneo scõm q nunc teneꝛ cõiter ab epo. Sed nũqd poterit simplex sacerdos hoc cõferre: Diciꝛ q quidam eps scripsit Gregorio pape q scandalum fuit in ecclesia ppter hoc q subtrahit illam potestatem a sacerdotibus. Et respondit Gregorius q si eps est absens ppter scandalum vitandũ / concedit hoc sacerdotibus. De isto autez est magna briga in iure. z dicitur scõm aliquos q Gregori⁹ hoc concessit ad tempus propter scandalũ. Nunc autem non põt hoc fieri. sed illud nõ valet. q̃ si xp̃s hoc decreuit / vel per se / vel p apostolos q solum cõpetat ep̃is Gregorius in concedendo peccauit mortaliter: q̃ cõcessit qõ nõ potuit. ideo / vel oportet dicere q non potuit a principio sic institutum vt solus eps conferret. vel si sic Gregorius dedit cuilz sacerdoti illius terre potestatẽ epalẽ q̃tũ ad hoc et fecit quẽlz ep̃m. et illud apparet pbabile dist. l. q. ix. olim. vbi multuz ptractaꝛ de hoc. z dz q oli non fuit distinctio inter ep̃os z sacerdotes: nec legitur q tũc fuissent sacerdotes nisi ep̃i. Nũc aũt est distinctio solum in pesse ppter scisma. nõ aũt in ordine hoc videꝛ: q̃ paulus scripsit ad nerbonensem cui imposuerat manus non despicere impositionẽ manuũ p̃sbyteri / vel presbyteruz võcãdo se presbyterũ. z tamẽ fuit eps sicut qlz apostolus. Vnde forte si fuerunt alij sacerdotes ppter reuerentiã isti⁹ sacramenti. q̃ spũssanct⁹ apparuit ibi visibiliꝛ: forte non debebãt hoc sacramẽtuz conferre: licet tñ habuissent potestatem. vel si fuit institutum a principio q tñ ep̃s cõferret cõstituit oẽs ep̃os i illa patria tñ p̃seruando sibi oẽs alios act⁹ ppos epales: z hoc posset papa nunc. Et dz esse vnctio in frõte ppꝛ verecũdiã vt posset cõfiteri fidem xp̃i sine verecundia: z debet esse figura crucis. aliter eñ diceret falsum. Poniꝛ etiã in descriptione effectus cum diciꝛ vnctionẽ interiorez roborantẽ. zc. et poniꝛ minister ydoneus ppter

Cõfirmatio ex oleo z balsamo scãificato.

incertitudinẽ quis necessario reqͥrit. ¶ Q̃o scđa.



Scđa q̃o. **Secundo q̃rit: utrũ**
cõfirmatio sit necessaria ad sa-
lutem. Q̃ sic. probatio. de cõ-
secra. di. v. Confirmatio requi
ritur ut pleni xp̃iani simꝰ: sed
hoc reqͥritur ex necessitate sa-
lutis ꝙ homo sit plenꝰ xp̃ianꝰ
¶ Oppositum: in baptismo datur gratia: et gra-
tia vel charitas distinguit filios regni a filijs per
ditionis scđm August. xv. de tri. xviij. igitur con
firmatio non est necessaria ad salutẽ. ¶ Q̃o.iii.



Q̃o.iii. **Tertio querit utꝝ**
sacramentũ confirmationis
sit dignus baptismo. Q̃ sic.
Magister in littera unũ est
dignius alio sicut a maioribꝰ
datur et loquit de confirma-
tione. ideo Rabanꝰ de cõse.
di. v. septiformis gratie. ⁊c. cum oĩ plenitudine.
¶ Oppositum: in baptismo plenius dat gratia:
igitur est dignius. ¶ Questio quarta.



Q̃o.iiii. **Utrum confirma**
tio possit iterari. Q̃ sic. q2 si
moꝛbus iteratur. igit ⁊ mede
la. Sed moꝛbꝰ cuius est medi
cina est pusillanimitas conti-
tendi fidem xp̃i: ⁊ est iterabi-
lis. igit. ⁊c. ¶ Oppositum: de
consecra. distin. v. ¶ Questio quinta.



Q̃o.v. **Quinto q̃ritur utꝝ**
Ad.i.q̃oez iteratio eius causet irregula-
ritatem. ¶ Ad primam que-
stionem. ꝙ cõfirmatio no est
sic de necessitate q̃n sine ipsa
possit homo saluari: q2 ut ha-
betur Marci vl. q̃ crediderit.
⁊c. saluus erit. ¶ Item: de cõse. di. v. tres. ⁊c. un-
de paruulo non est necessarium q̃ statim euolat/
nec etiã adulto q̃ remanet pugnaturꝰ si nõ dimit-
tatur ex negligentia nec ex contẽptu. Alio mõ di
citur necessariũ. q2 non põt salubriter cõtẽpni/ ne
q3 dimitti/ cũ tẽpus opoꝛtunũ adsit: neq3 ex cras-
sa negligentia. ⁊ sic est confirmatio necessaria pu
gnaturo. ¶ Ad rõnes dico: ꝙ pleni sunt xp̃iani ĩ
baptismo: s3 q̃ cõtẽpnit postea nõ ẽ plenꝰ xp̃ianꝰ
Ad scđam q̃stionem. et sic exponit glosa. ¶ Ad secundã q̃stionẽ dico:
ꝙ simpliciter dignꝰ est baptismus q̃ cõfirmatio
scđm q̃d dignius est cõfirmatio. Primũ pz/ q2 ba
ptismus confert maiorẽ gratiã. et cõgruum est ꝙ
sic fiat: q2 magis assimilatur passioni. sed necessi-
tatis nõ ẽ ꝙ sit dignꝰ nisi q2 sibi placuit. scđm q̃d
vero dignius est cõfirmatio ꝓpter materiã digni
oꝛem ⁊ ministrum digniorẽ: ⁊ ista cõcludũt nõ ne
cessitatẽ sacramenti: q2 sic haberet ministrũ cõez
et materiã similit. ¶ Ad magistrũ in littera dico:
ꝙ intelligit ꝙ est scđm quid dignꝰ. ¶ Ad aliõ di-
co: ꝙ una est grã scđz rem collata ꝑ quodl3 sacra-
mentum. Possumꝰ igitur loqui de gratia collata
per baptismũ et cõfirmationẽ dupliciẽ/ vel de ip-
sa totalit q̃ est ex collatione prioꝛi et illa in confir
matione: ⁊ sic ista tota est amplioꝛ ⁊ maioꝛ q̃ gra
tia baptismalis tm̃ sicut totũ sua pte. Et sic põt
dici amplioꝛ gratia cõferri per confirmationẽ et
gratia septiformis. Uel possumꝰ loqui de gratia
collata in confirmatione cõparando ipsam sola3
ad gratiã baptismalẽ. ⁊ sic dico ꝙ baptismalis est
maioꝛ. ¶ Ad tertiam q̃stionem dico: ꝙ nõ põt ite Ad tertiã q̃stionem.
rari q2 ibi imprimitur signum in gradu militari:
iõ q2 xp̃s instituit ꝙ nullũ tale iteretur/ ꝓpt hoc ꝙ
non est iterabile. ¶ Ad rõnes dico: ꝙ nõ sequitur
moꝛbus est iterabilis: igitur medela: q2 ĩ prima su
sceptione imprimit aliquid ꝑ quod h3 medelã in-
terioꝛẽ cõtra moꝛbũ futuꝝ quotiens penituerit.
Uel potest dici ꝙ non iterat moꝛbꝰ contra quem
instituit: q2 instituitur cõtra pusillanimitatẽ cõtra
etiam ex pctõ originali: ⁊ illa pusillanimitas nũq̃
redit. ¶ Ad quartã q̃stionẽ dicit unus doctoꝛ ꝙ Ad quar- tã q̃onem.
causat irregularitatẽ sicut iteratio baptismi: ⁊ eo-
dem mõ distinguit de iteratione scienter vel igno
ranter sicut de baptismo superius recitato. Sed
illud nõ veꝝ videt: q2 exponẽs iura canonica ex-
ponentes non sunt pape nec cõpilantes. ideo pe-
na ab eis inflicta nullũ facit irregularẽ. habeo igi
tur istam rgulã gñalẽ ꝙ ubi pene non sunt expres
se posite a papa nõ incurrũt delinquẽtes penam.
Neq3 valet ibi locus illoꝝ a simili. q2 pene sũt re-
stringende et fauores ampliandi: neq3 videt ibi
ꝙ fuit simile: q2 de ipso qui ignoranter iterum cõ-
firmauit/ non dicit ꝙ deponendus est. Nec etiam
dicit de iterate suscipiẽtibus ꝙ sint irregulares:
sed dicit includãtur in monasterio. Sed certũ est
hoc nõ arguit aliquẽ esse irregularẽ: nec etiam ꝙ
utatur habitu clerici. Sed dices: excludit ne igno
rantia peccatũ: dico ꝙ conferens tenet scire ꝙ ẽ
initerabile. ideo ignorantia iuris ipsum nõ excu-
sat. S3 nõ sic tenet suscipiẽs quilibet scire: q2 foꝛ-
te vetula bis vel ter suscipiens de unctiõe nõ pec
cat: q2 non tenet quil3 scire ipsum esse initerabile
sicut tenet de sacramento baptismi. ideo dico ꝙ
non est par pena iterantibus hoc: neq3 par deli-
ctum. Et esto ꝙ possit pena rationabiliter infligi
iterantibus cõfirmationẽ sicut baptismũ: dico tñ
ꝙ nõdũ est par pena iposita. ¶ Dist. viii. ¶ Q̃o.i.



Circa istam distin- Distin. viii Questio. i.
ctionem queritur primo: utrũ
eucharistia sit sacramẽtum no
ue legis. Q̃ nõ. sacramẽta no
ue legis sũt signũ gratie tunc
collate cum sacramenta fiunt.
sed non sic eucharistia: q2 ma
net in altari post consecrationem: ⁊ non videtur
tunc per hoc sacramentũ alicui tunc noua gratia
conferri. ¶ Item: sacramenta noue legis causant
quod signt: sed sacramentum eucharistie nõ: quia
sigt coꝛpus xp̃i veꝝ. ⁊ ille specie s nõ possunt cau-

fare corpus xpi. ¶ Itẽ: oĩa sacramẽta noue legis habẽt aliquã formã: sed eucharistia nõ h3 aliquã formã: q2 non formam verboꝝ: q2 verba non sũt simul cũ sacramento eucharistie: q2 in fine ꝓlatio nis verboꝝ nichil est de verbis: q2 successiuu3 secundũ nullam partẽ sui est in vltimo instãti: ꝛ forma d3 esse aliquo modo simul cum eodem cuius est ¶ Itẽ. iiii. Metha. ꝙ nõ vnũ sigt nichil significat sed hic sunt plura signa / vt species panis ꝛ vini. Dicunt / ista significant eandem rem. ꝛ ideo sunt vnum signum. ¶ Contra. nomina synonima significant eandem rem ꝛ tamen sunt plura signa. ¶ Oppositũ. de consecra. distin. ij. ꝛ in collectis Grego. Presta q̃s. vt hoc sacramẽtũ qđ sũpsim⁹.

forma prior est incõpossibilis forme posteriori:et vbi non sic est nũq̄ intendit corruptionem forme nisi prioris. ¶ Itẽ: sicut locatũ scd̄m dimensiões suas cõmensurat̃ dimensionib⁹ loci:sic dimensiones locati cõnumerant̃ dimensionib⁹ loci. igit̃ si idem est simul in diuersis locis.igitur idẽ est simul̃ vnũ et multa. Sed ↄtra: illud eque impossibile ẽ idẽ corpus simul esse cũ alio corpe sicut vnũ esse simul in diuersis locis ⁊ primũ tenem⁹ fide / ⁊ forte hoc posset esse per virtutẽ creatã.q̄ per virtutẽ diuinã nulli dubiũ:q: vtero clauso in virgine fuit verũ corpus xp̄i. ⁊ ianuis clausis intrauit ad discipulos. ⁊ monumento clauso surrexit. Unde dixerunt. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti: Certũ est igit̃ q̄ verũ corpus fuit cum vero corpore simul in eodẽ loco. Sed dicit vn⁹ doctor q̄ non est simile propter vltimã rõnem ꝑus positam:q: dimensiones locati cõnumerant̃ dimẽsionibus loci scd̄m vnũ ⁊ multa. Unde nõ est ibi contradictio duo corpa esse simul.sed contrarietas ẽ propter essendi / vt propter modũ q̄titatiuũ q̄ est positio partiũ in loco ⁊ subtilitas corporis excludit illã repugnantiã:q: excludit id qd̄ est rõ resistẽdi. ¶ Contra illud. aut iste dimẽsiões locati sic cõnumerant̃ dimensionibus loci propter connumerationem scd̄m cõtinuũ:aut propt̃ aliud. si primo mõ / igit̃ dimensiones loci cõnumerãt̃ scd̄m vnuz et multa scd̄m numerationẽ dimẽsionũ locati. sz propter aliud. igitur illud erit prius q̄ cõnũeratio scd̄m vnũ cõtinuũ.q: nũeratio posterioris non arguit numerationẽ prioris. Nunc aũt dimẽsiones locati sunt priores q̄ dimensiões loci: multiplicato priore multiplicatur posterius ⁊ nõ ecõtra. igitur si propter cõmensurationẽ cõmensurarentur ista. igit̃ magis sequit̃ si duo corpa possunt esse simul: igit̃ idẽ i duob⁹ locis. Cõtra si idẽ i duob⁹ locis:igitur idẽ vnũ ⁊ multa. Assumptũ probat̃ scz q̄ dimensiones locati sint priores q̄ dimẽsiones loci. Primo sic.q: dimensiones locati sunt causa q̄ dimensiones loci sunt actu:q: faciunt ptes aeris actualit̃ distare et potẽtialis cõtinẽtia nõ sufficit ad actualitatẽ loci.q: sic pars ex̄ñs in toto eẽt actu in loco. Scd̄o sic. illud est pri⁹ qd̄ põt esse sine alio q̄tum est de se q̄ ecõuerso. Sed celũ q̄tũ est de se est locabile:⁊ tñ non habet dimensiones extra continentes in actu. sed vel impossibile est dimensiones loci esse in actu absq̧ dimensionib⁹ locati in actu / vel saltẽ nunq̄ est ita:igitur dimensiones locati sunt sine dimẽsionib⁹ loci:⁊ nõ ecõuerso:vel impossibile si est impossibile vacuũ esse vel nunq̄ est. Tertio sic.mutato corpore scd̄m locum remanent oẽs dimẽsiones locati q̄ ꝑus ⁊ nõ põt manere locus totalit̃ idẽ quin q̄tũ ad aliquã partem corrũpatur q̄tũcunq̧ corpus equale sibi succedat. igit̃ prius est dimensio locati q̄ loci. igit̃ pluralitas dimensionũ locati magis concluderet pluralitatẽ dimensionũ loci q̄ ecõuerso:igit̃ si sic nõ cõcludit. igitur multo forti⁹ nec ecõtra. ¶ Itẽ: sicut de⁹ põt cõuertere substantiã in substantiam igitur q̄titatẽ. igitur q̄titas est hic. Primo igitur potest deus facere corpus suũ esse hic localit̃ ⁊ nõ deserit vbi in celo. igitur põt facere q̄ simul sit in diuersis dimensiue. Respondet iste doctor dicẽs. aut est hic sola quãtitas corporis christi: ita q̄ remanet substãtia panis: ⁊ tũc nõ est hic corpus dimensiue:q: q̄titas tũc corporis xp̄i est hic ꝑ modũ substantie panis. aut est cõuersio toti⁹ in totũ ita q̄ substantia cõuertitur in substantiã / ⁊ quãtitas in quãtitatẽ. Et adhuc videt̃ dicere q̄ nõ plus seq̄tur corp⁹ xp̄i esse hic dimensiue q̄ ꝑus. Unñ dicit q̄ nõ est supponendũ q̄ corpus xp̄i sit extra celum nisi sacramentaliter. igitur non est hic dimensiue. ¶ Contra illud. possibile est deum cõuertere tñ aerẽ in corpus suum q̄tum est corp⁹ suũ / q̄tuz ad figurã: q̄tum ad totũ. vt longitudinẽ / latitudinem / ⁊ ꝓfunditatẽ. et scd̄m istos vbi p̄fuit q̄ conuersuz est ibi est id in qd̄ cõuertitur. igitur vbi nũc est aer possibile est corp⁹ xp̄i eẽ dimensiue. ¶ Itẽ de illo qd̄ dicit q̄ nõ est supponendũ q̄ conuertatur totũ in totũ. manifestuz est q̄ aliud est dicere quid potest fieri de potentia dei / et aliud quid factũ est licet eñ deus non sic sit nisi in celo / põt tamẽ alibi esse q̄titatiue ex quo nõ claudit cõtradictionez Et credo q̄ in assumptione matris occurrebat sibi vel derelinquendo vbi qd̄ habuit in celo / vel simul illud relinquendo acquisito alio. ¶ Itẽ corp⁹ xp̄i põt esse hic sine conuersione alterius in ipsuz q: conuersio alterius in ipsum non est idez formaliter cũ corpe xp̄i esse hic. q: cõuersio nõ manet ⁊ corp⁹ xp̄i q̄tũ ad esse hic manet: igitur põt esse hic sine conuersiõe alteri⁹ in ipsum:q: nõ est de essẽtia ei⁹ nisi sit formalis ratio p̄sentie ei⁹ hic. Neq̧ valet dicere q̄ conuersio p̄terita est formalis ratio eius:q: hoc non põt deus facere q̄ conuersio preterita nõ sit preterita sed p̄sens. Et de⁹ potest facere q̄ corp⁹ xp̄i sit presentialit̃ hic. igitur cõuersio alteri⁹ in ipsum nullo modo est de essentia corporis xp̄i / vt est hic. ¶ Itẽ: nouitas in posterioribus põt esse sine nouitate in priorib⁹. vt ptz. viij. Phisic. Sed presentia realis corpis xp̄i hic nõ ẽ aliqua substantia. igitur est posteri⁹ oĩ substantia. igitur põt esse nouitas presentie hic absq̧ oĩ nouitate substãtie. Et certũ q̄ vbicũq̧ põt de⁹ facere rem sub opposito modo naturali modo suo si dereliquitur sibiipsi põt ibi facere rẽ esse cum mõ naturali cõueniente sibi. q: si ꝑmũ põt facere per duo miracula / põt facere scd̄m ꝑ vnũ miraculum Sed deus põt facere corp⁹ xp̄i q̄tum hic sine nouitate aliqua in substãtia panis / vel cuiuscũq̧ alterius. et modũ q̄titatis est modus naturalis corporis q̄titati si sibi derelinquat̃. igitur sine cõuersione alicui⁹ in ipsum põt facere corp⁹ suũ hic q̄titatiue vel circũscriptiue. Dico igit̃ ad q̄stionem q̄ deus põt facere corp⁹ suum vel quodcũq̧ alıd̄ simul esse in dimensis locis localiter vel circũscriptiue:q: vbi nichil aliud dicit nisi circũscriptionẽ passiuã locati a loci circũscriptiue actiua ꝓcedentẽ. au. vi. p̄n. sicut ibi est actio et passio. Unde celũ mouetur localit̃ ⁊ nõ habet cõtinue nouã ⁊ nouã formã absolutã cũ nõ sit receptiuũ ꝑegrinaꝝ im-

pressionū / vel saltē nō ita continue recipit nouas
formas absolutas. vbi igitur nō est nisi respectus
extrinsecus adueniens mere cōtingēter inherēs
positis extremis. quia sicut prius dictū est nō pōt
esse aliquis respectus ita intrinsecus adueniēs vt
cōsequatur solū fundamentū positū in esse. igitur
cū duo respectus extrinsecus aduenientes possēt
esse simul in eodē non claudit contradictionē duo
vbi esse simul in eodē corpe / sicut vna albedo dua
bus similitudinib⁹ est similis alijs duabus albedi
nibus. sic idē corpus mediantib⁹ duob⁹ vbi est in
diuersis locis. Unde albedo eadē similitudine nū
q̄ est similis diuersis. sed si est similis mille alijs
hoc erit mille similitudinib⁹ sicut alibi ꝓbabitur.
Dicit alter respectus est limitatus ad vnum vbi.
¶ Contra. sicut vnū q̄tum limitat̄ ad vnū vbi qḋ
est posterius. imo sicut vna albedo pōt eē similis
mille alijs mille similitudinibus. ita pōt vnū cor=
pus simul esse in mille locis mediātibus mille re=
spectibus: puta mille vbi. ¶ Item: non est corpus
magis limitatum q̄ substātia ad suam p̄sentialita
tem. Sed substantia corpis xp̄i nō est limitata ad
vnam presentiā q̄n simul possit esse presentialiter
in celo ⁊ presentialiter in altari. igitur nec corpus
sic est limitatum ad vnum vbi circūscriptiue quin
pōt esse in alio vbi circūscriptiue. Pro rōnib⁹ pre=
mitto tria. Primo: q̄ q̄cūq̄ꝫ forma prius inest rei q̄
vbi nō variatur ꝓpter variationē scd̄m vbi. Sed
q̄ non est prius origine: sed vel simul: vel sequit̄ va=
riatur variato vbi. Secundū est: q̄ si passum ē exi
stens in vno vbi et duo haberet agentia approxi=
mata hoc paritur ab illis agentibus si ipsum po=
natur in diuersis vbi qḋ pateret̄ ab illis si tm̄ esset
in vno vbi. siue illa agentia agant in eandē ptem
primo vel in diuersas. Tertiū est / q̄ illud qḋ agēs
ageret si esset tm̄ in vno vbi. ⁊ hoc si approximat̄
ad vnū passum vel ad duo / idē ageret illud agēs
si ponitur in diuersis vbi: ⁊ approximat̄ sibi vnuꝫ
passum vel duo sicut prius. ¶ Ad p̄mū ꝓ pte op=
posita dico: q̄ maior non est vniuersalit̄ vera: q̄z li
cet agens posset in oēm gradū nō tm̄ recipiēs. Di=
co igitur q̄ illud agens pōt in oēm gradū vnionis
et rō nō ꝓcederet si nō posset nisi in vnuꝫ gradum:
et hoc rōne recipientis vt in supremū vt aquila.
vel infimū vt vesptilio. vel in mediū vt hō. ¶ Ad
aliud qḋ ponitur p̄mo loco cū dicit̄: idē corp⁹ pos
sent esse simul vbiq̄ꝫ. Dico admissa maiore q̄ de⁹
pōt facere simul cū oīb⁹ stāie vniuerso ⁊ destructo
vniuerso. Et si de⁹ cōuertisset oē corpus ī vniuer
so in panē: tūc posset simul cōuerti quodcūq̄ꝫ cor=
pus in corpus xp̄i. et idē pōt sine pane q̄ cū pane
Et cum dicitur ꝓpriū est deo simul esse vbiq̄ꝫ: ve=
rū est virtute sua naturali ꝑ īmensitatem. Sꝫ bn̄
potest virtute diuina aliud corpus esse vbiq̄ꝫ: q̄z
saltē hoc nō claudit cōtradictionē: nec ꝓpter hoc
est magis immensum. ¶ Ad aliḋ dico: q̄ nulla cō
trarietas sequitur. ⁊ cū dicit̄ de gelu: dico ꝑ scd̄aꝫ
suppositionē si in vno vbi essent corpus calidū et
frigidum et haberent aliud corpus / sicut tūc age=
rent in ipsum / sic agunt posito q̄ idē passum sit in

diuersis vbi: ⁊ in vno agat in ipsum frigidum ⁊ in
alio calidū. Et manifestū est q̄ si illa duo agentia
essent in eodē vbi / vel totaliter corrūperet̄ frigi=
dum. vel si posset resistere calido / nec inducerent
in passum corꝑ summe calidū / nec summe frigidū
sed aliq̄d mediū. Sic dico: esto q̄ idē passuꝫ sit in
diuersis vbi cū diuersis agētibus: ⁊ qui calor ines
set hic inest ibi. ¶ Ad aliud de infirmitate ⁊ sani=
tate: dico q̄ si aer est ibi ita intēperat⁹ vt possit su
perare virtute corporis hō est infirm⁹: et si ē infir
mus est hic infirmus. Et si natura nō hꝫ tm̄ iuua=
men q̄ existit in bono aere. vt si ipsa si esset in ma=
lo aere non posset resistere. igitur nec nunc. ¶ Ad
aliud si vulnerat̄ in cruce non tamen in pixide. di=
co q̄ si moritur in cruce moritur in pixide. Et cuꝫ
dicitur occidit̄ in cruce et non in pixide. dico disti
guendo. Si occidi / dicat violentiā illatā quare se
paratur aīa a corpore: dico q̄ vtrobiq̄ꝫ occiditur.
Si tn̄ dicat violētiā illatā in illo vbi: vbi vulnera
tur: dico q̄ tunc nō occidit̄ in pixide / sicut diuiso
capite occidit̄ cor nō ꝓpter violentiā ibi illatam
ꝑ se / nisi ꝓpter quādam redūdantiā sic in ꝓposi=
to. ¶ Ad aliud q̄ posset simul esse facietas et esu=
ries: dico q̄ posset cessare appetitus ab esurie qui
appetitus est quedā forma absoluta in hoc vbi si
idē corpus satiet̄ rome. Sed de rōne prius omissa
de multiplicato ponūtur diuersi casus. Prīo esto
q̄ in duob⁹ locis esſꝫ idē multiplicatū et nō idem
nutriendū: et q̄ duo capiūt simul illud multiplica=
tum. igit̄ simul cōuertet̄ illud nutrienti in naturaꝫ
vnius ⁊ alterius. igitur informabitur duab⁹ aiab⁹
intellectiuis. Etiam esto q̄ simul idem lignum es
set hic ⁊ rome ⁊ diuersi ignes agerēt in ipsum hic
et rome simul informabit̄ sub diuersis formis a=
thomis. Secūdus casus est si idem agens eēt in
multis locis / vt ignis / ⁊ non idē cōbustibile simt̄
cōbureret plura cōbustibilia q̄ si esset in vno loco
tm̄: vel esto q̄ idē nutrimentū sit hic ⁊ ibi: ⁊ diuer=
sa nutrientia plus cōuerteret in se simul q̄ si esset
in vno loco tm̄. ¶ Ad primuꝫ casum dico: q̄ si est
hic idē nutrimentū ⁊ duo capiāt ipsum / aut calor
naturalis in vno excedit calorē alteri⁹: ⁊ tūc plus
cōuertet in naturā suā de eodem nutrimento: aut
sūt equalis virtutis: ⁊ tunc medietas conuertit̄ in
vnum: ⁊ alia medietas in alterum. ¶ Ad aliḋ de
igne dico: q̄ id idē q̄ passum ī eodē loco recipet a
duobus agētibus simul id idem recipit ab ipsis ⁊
eque cito cōburitur si sit in mille locis cū mille di
uersis agentibus. ¶ Ad scd̄m casum vt de actiuo
in diuerso vbi dico ꝑ idem: vnde si ipsum in mille
locis cōbureret simul mille candelas approxima
tas sit idem in eodē vbi cōbureret mille approxi=
mata simul. ¶ Ad aliud de nutriēte existente in
multis vbi simul. dico q̄ si esset tm̄ in hoc vbi et
non egeret nisi tm̄ cibo. igitur nec si esset in mille
locis. ¶ Ad primā rationē alioꝝ ꝓ alia pte cum
dicitur q̄ termini loci sunt simul cū terminis loca
ti. igitur si termini loci sunt extra terminos loca=
ti: igitur et extra ꝓpos termios ⁊ idē extra se. Di
co q̄ istud non sequtur q̄z termini sic mee diffiniti

ue sunt simul cū terminis digiti mei. igitur si anima mea est extra digitū meū / vt in capite sequeretur q̄ aīa est extra se / nulla est apparentia hic / nec ex alia parte. ¶ Ad aliud cōcedo: q̄ angelus pōt esse simul diffinitiue in diuersis vbi / sicut idē corpus circūscriptiue. ¶ Ad rationem alteri⁹ doctoris / sicut terminus est ī vna specie naturaliter. ꝛc. Dico q̄ hoc est q2 nature est formalis ratio q̄ aliquid est in determinata specie hec est rō quidditatiua / non loquendo de specie ꝓ intentione / sed pro re. Nūc aūt non sic est dimensio formalis rō qua aliquid est in loco hoc est quidditatiua ratio: sed est ratio formalis causalis precedens si est ratio formalis. Exemplū ponit̄ de albedine et similitudine. ¶ Ad rationē alterius doctoris dico: q̄ quodlꝫ mēbrum deficit pmū membrū: q2 possibile est q̄ sit vna mutatio positiua ad vbi nouum sine mutatione priuatiua: ꝛ ab vbi priori: ꝛ sic est in vbi ꝑori: et vbi nouo vnica mutatione. tamē illa mediante acquirit duo: sed duo vbi habet: licet non ꝑcesserit de nouo nisi vna mutatio. Secūdū mēbrum deficit: q2 possibile ē q̄ habeat plura vbi simul plurib⁹ mutationibus simul inherentibus. Et cū dicitur / aut sunt eiusdē speciei aut alterius sic ita q̄ sint eiusdē speciei concessum est prius q̄ plura respectiua eiusdē speciei possunt esse in eodem: sicut vnū albū est simile pluribus multis similitudinibus. Preter hoc cōcedo q̄ sunt alteri⁹ speciei. Nec sequit̄ igitur sunt incompossibiles: q2 primo oporteret probare q̄ termini ad quos sūt incōpossibiles: q2 non sunt motus cōtrarij incompossibilis nisi propt̄ contrarios terminos. ideo albedo in fluxu ꝛ nigredo in fluxu non sunt incompossibiles nisi ꝓpter hoc q̄ albedo in quiete ꝛ nigredo in quiete sunt incōpossibiles. Et cōcessum est ꝑus q̄ diuersa vbi sunt incōpossibilia simul in eodē. ¶ Ad aliud cū dicit̄ / termini mot⁹ sunt incōpossibiles. Dico q̄ verꝫ est termini ꝑmi vt ꝑuatio et forma non aūt termini concomitantes. vnde deus pōt separare gn̄ationē a corruptione. et econtra. Sed tamen nunq̄ pōt facere ꝑmos terminos esse simul: vt q̄ simul sint in eodē termin⁹ ad quē et ꝑuatio eius. Unde in generatione hoīs nullus termin⁹ a quo positiuus est incompossibilis termino ad quē. sed terminus a quo ꝑuatiuus vt inaīatio etiam in corruptione hoīs aīatio q̄ est terminus a quo est incōpossibilis inaīationi q̄ est terminus ad quē. Unde quicquid positiuū remanet post corruptionē hoīs in instanti corruptiōis ꝑfuit ꝛ in generatione nichil elucidatur sed tm̄ inducitur aīatio. idē dico in augmētatione qn̄ aliqd̄ corp⁹ magnū augmentatur ex modico cibo tota ꝑor q̄titas remanet nec eluciďat̄ aliqd̄ positiuū qd̄ prefuit in termino augmētationis. sed ꝑuatio termini aduenientis q̄ est incōpossibilis termino augmentatiōis. ¶ Ad cōfirmationē cū queritur quare remanet agens naturale vbi precedens: q2 aut est formalis incōpossibilitas inter illa vbi: et tunc deus nō posset facere simul ea esse. vel si non est formalis incōpossibilitas. igitur nō oportet q̄ agens naturale inducendo vnū expellat aliō. Dico q̄ ista incōpossibilitas accidit ex virtute agentis limitati nō ex formali ratione coꝝ inter se: sicut virginem manere ꝛ parere sunt incompossibilia respectu agentis limitati: non autem respectu agentis illimitati: q2 ibi est potentia obedialis. ¶ Ad vltimū cū dicit̄ sicut aliquid cōmensuratur dimensionibus loci sic cōnumerat̄ loco scd̄m continuū. Dico q̄ non seq̄tur cōmensurat̄ igit̄ connumeratur. sicut non sequitur: sunt plures similitudines igitur plures albedines. ¶ Ad ꝑmum principale dico: q̄ plures relationes oppositas eē sunt ꝑ accidēs in eodē cōcedit̄ cōiter: sꝫ dextrorsum sinistrorsum ante ꝛ retro respectus accidentalis corpis. et ideo nichil ꝓhibet respectu diuersorum vbi idē esse simul sub diuersis respectibus. Etiam michi non est cōueniēs q̄ idē rōne eiusdē ꝛ non ꝑ accidens. Sed primo haberet diuersos respect⁹ et respectu eiusdem. ¶ Ad aliud concedo. q̄ idē erit propinque et distans respectu diuersoꝝ. ꝛ sic relationes opposite possunt simul esse in eodē: ratione diuersoꝝ vbi. ¶ Ad aliō de tp̄e dico: q̄ idē tēporale non pōt esse simul in duob⁹ tp̄ibus simultate tp̄is: q2 illud claudit incōpossibilia: scꝫ simul tp̄e non esse simul tempore. Alio mō pōt intelligi simul quo ad locum: ita q̄ est simul loco pōt eē in diuersis tp̄ibus: et hoc nō est incōueniēs. Nam vnū tēporale exn̄s simul loco pōt esse in multis tēporibus succedentib⁹. sed simul loco / vt ꝑuat pluralitatē locoꝝ impossibile aliq̄d esse simul in multis locis: sed nichil ꝓhibet aliq̄d esse in pluribus locis simul: q2 loca non sunt successiua / nec simul repugnantia respectu eiusdem corporis absolute. Unde simile sophisma pōt fieri ad oppositū possibile est locale in eodē loco manens simul esse in multis tēporibus. igitur idē tēporale simul in diuersis locis. ¶ Ad aliud de motu q̄ simul posset quiescere et moueri: dico q̄ per primā ꝓpōnē premissam q̄ quicūqꝫ motus localis inest corpibus posteri⁹ natura q̄ vbi ad varietatē ei⁹ non sequit̄ varietas vel alietas in vbi. vnde motus respectu istius loci et quies respectu alterius loci nō opponuntur. sic dico q̄ motus ad hoc vbi ꝛ motus ad illud vbi nō cōtrariant̄: nec etiā q̄es respectu alterius vnius ꝛ motus respectu alterius. sicut digitum moueri et os loqui. ꝛ pōt aīa in digito moueri ꝑ accn̄s / ꝛ alibi q̄escere ꝑ accn̄s: ꝛ hic loq̄ ꝛ alibi nō. ¶ Ad rōnē illā q̄lit̄ simul videbit ꝛ nō videbit: patebit alibi. Unde regula est apō me q̄ q̄tūscūqꝫ non possit esse rō ad ꝓbanduꝫ aliquid posse fieri a deo sufficiens est michi si sit ratio in cōtrariū probans contradictionē quin possit bene solui. ¶ Ad priorē questionē dicitur: q̄ ꝑt ibi eē corpus xp̄i simul et in altari: q2 in illa transubstantiatione non fit transubstantiatio ꝑmo ꝛ principalit̄ in q̄titatē: sed in substantiā: ideo non modo q̄titatiuo est ibi corpus xp̄i. sed modo substantie: ideo pōt esse simul in celo et in altari. sed ista rō nō valet / sicut ꝑus probatū est. Nā nichilominus⁹ est ibi q̄titas et modus q̄titatiu⁹. licet sit secundarius

Regula.

Ad priorē q̄stionem.

terminus transubstantiationis: qz sic in omni generatione substantie naturalis. et tñ nõ propter hoc minus est ibi qtitas dimensiua. ideo teneo cõclusionẽ p modũ prius positum et non propter istã rationẽ. ¶ Ad primũ principale q in vno loco esse oportet corpus xpi verum est oportunum est regulariter. Unde Aug. intelligit q nõ alit facit deus alit tamen posset facere. ¶ Ad aliud cũ dicit formalis ratio essendi in loco est dimensio dictum est prius q est formalis ratio. qz causalis sicut albedo est ratio similitudinis et plurificato aliquo non est necesse eius rationem formalẽ causalẽ plurificari. vnde similitudine est aliqs formalit similis tanq pxima cã. et ideo similitudines oz plurificari si pluribus est similis possum esse similis tibi in scientia et dissimilis in colore: et sic simplicit similis et simplicit dissimilis respectu eiusdẽ: tamen ratione diversorum fundamentorum pximorum ¶ Ad illõ dico: q illa regula nõ valet qñcũqz duo illimitata cõparant ad tertiũ illimitatum: qz esse meũ et esse ante xpi sunt simul cũ eternitate nõ tamen sunt inter se: et intelligo p limitatũ non q habeat naturã cui repugnet esse simul in diversis. sz appello limitatũ: qz ñ de se hz q sic necessario sit ¶ Ad aliud dico. q nõ sequitur distat a se p intrisecum: igitur distat a se. Nã aĩa mea q est in digito distat q est in pede inqtum est ibi / tñ non est diuisa a se. Preter hoc esse meũ post resurrectionẽ distat ab esse meo qõ nunc habeo p tẽpus interruptũ / tñ non est diuisum esse / sed vnũ esse numero ¶ Ad aliud cũ dicit quiescit in celo et mouet i hostia / patebit posterius qualiter mouetur in hostia

¶ Questio quarta.



Quarto qritur vtrum corpori xpi naturaliter existenti et sacramentaliter insint eedẽ proprietates et partes. Qz non. Probatio. quia nichil põt esse alibi manens hic nisi alibi aliquid mutetur in ipsum. Sed per hoc q cõuertit substantia panis in corpus xpi in altari nichil cõuertitur in illas pprietates q sunt eius in celo. igitur nõ est necesse illas qualitates vel pprietates q insunt corpori xpi in celo vbi naturalit existit inesse sibi in hostia vbi sacramentalit existit. ¶ Item: sanguis xpi non est nisi semel in eucharistia: et est ibi sub specie vini: igitur non est ibi sub specie panis: igit ibi est verum corpus xpi sine sanguine: non autem ĩ celo: igitur non eedẽ partes sunt eius vt in celo et vt in hostia. ¶ Item: nichil incipit esse i sacramẽto postq realit fuit: qz sic idem bis acciperet esse: sz vi verborum sanguis incipit esse in calice: igitur nõ prefuit sanguis sub specie panis et corpus habet infinita se sanguinem in celo: igitur non sic est hic et ibi. ¶ Itẽ: quãtitas ppetas est naturalis q inest sibi in celo et non põt esse psens nisi localiter. igitur si ponit esse in altari erit ibi localiter: sz positis extremis sufficientibus sequit respectus / igit posito quãto et loco sequitur positio q est circunscriptio actiua. etc. igitur in altari haberet corpus xpi positionẽ q est predicamentũ. ¶ 3. ẽ: nõ sunt plura ponenda sine necessitate. igit non sunt plura ponenda in eucharistia: si sine illis possit veritas eucharistie esse. Sed corpus xpi vere põt esse et vere haberi in altari sine sanguie et sine accidentibus: igitur non est necesse q eadẽ ppetas easdez partes habeat in celo et in hostia. ¶ Oppositum magister in littera et Innocẽtius tertius: tale dedit corpus quale habuit: sed certũ ẽ q habuit corpus habẽs proprietates et partes vt sanguinem et spiritũ. ¶ Circa questionẽ primo supponit corpus xpi esse naturalit in celo: et nõ est idẽ habere esse naturale et modo naturali: qz vbicũqz sit habet esse naturale. Sed non modo naturali est nisi vbi est dimensiue et modo qtitatiuo. Scõo supponitur q corpus xpi sub specie panis habet esse sacramentaliter. primũ patet: qz xps surrexit et in celũ ascendit hñs modũ naturalem in qtum ad accidentia qtum ad partes: et sursum erit donec finiatur seculũ. Scõm patet: qz esse modo sacramẽtali est qtum ad species illas vt primum signum signi est ad qõ primo imponit ad significandum sicut hõ naturã humanã: et non est signum aliorum accidentiũ nisi ex cõsequenti: et placuit xpo q species panis essent primo signũ corporis sui ad nutriendũ nos spiritualit sicut panis facit corpalit et q illud signũ haberet similitudinẽ eius qõ est solidũ in cibo naturali: et est primo eius contentiuum et illud corpus qõ est pmum significatũ non includit aĩam: qz in triduo mortis si fuisset hostia cõsecrata ita fuisset ita verum corpus sicut in sepulchro: et sine aĩa sicut i sepulchro. Neqz includit illõ corpus accidentia vt qtitatẽ et modũ qtitatiuũ: et si ista cõcomitaret. Sed an includat sanguinem dubiũ est: et videtur q non p se loquendo: qz quecũqz habẽt diversa signa naturalia possunt habere distincta signa ad placitũ. Sed cõceptus sanguinis est distinctus a conceptu corporis: igit possũt habere distincta signa ad placitum. Et q sic habeant congruum est: qz sicut completa cibatio ex duobus cõsistit: vt cibo et potu: et potus nichil est per se loquẽdo ipsius cibi. Sic voluit xps duo signa esse corporis et sanguis quorum vnũ nichil eẽt alterius. Tertio videt hoc esse tactũ / qz sicut aĩa non includitur in corpe / qz remansit corpus sine aĩa. Sic esto q nõ remãsisset sanguis in corpore adhuc fuisset verum corpus in triduo. sed siue accipiatur corpus vt includit solidatiuũ: vel p toto vt includit humores et spũs non est certum cuius istorum species panis sit primo signũ. vtrũqz enim põt sustineri et neutrũ pbari. Scõo excludo q nõ sunt de intellectu questiõis: qz nõ supponit i questione q corpus xpi necessario existat naturalit vl sacramentalit / neqz existentia extremorum / et querendo necessitatem pcomitantie: sz tm supponit q corpus xpi existat naturaliter in celo: et q existat aliquando sacramentaliter. Et tũc qritur an eedem ptes et proprietates cõsequãtur ipsuz hic

et ibi ex necessitate concomitantie. Dico igitur di
stinguendo necessitatem concomitantie dupliciẽ
vel simpliciẽ vel scdm quid. Simpliciẽ / vt an seqẽ
alique insunt sibi hic: igitur eedẽ isunt sibi ibi. vel
scdm quid: vt si corpori in celo inequalitas. igitur
si est in altari necessario habet eãdẽ dũ est ibi. Pri
mo modo non est aliqua necessitas: q2 non est ne
cessitas absoluta corpus christi esse in altari ideo
q̃titas illa que inest sibi in celo inesset sibi: ⁊ si
nunq̃ esset in altari. Sed an sequitur econtra du
biũ est / vt si est in altari sacramentaliter: igiẽ ali cu
bi inest naturaliter. ⁊ videtur q̃ sic. q2 qd nichil est
in se nichil est in alio. igitur non potest esse sacra-
mentaliẽ in altari nisi sit alibi modo naturali. sed
videtur mihi q̃ potest habere esse reale simpliciẽ
sine modo naturali. q2 vbicũq3 res tpalis põt in-
cipere esse in tpe põt ibi simpliciẽ incipere eẽ: igiẽ
est in illa mensura igitur quecũq3 res q̃ potest in-
cipere eẽ prius nõ habuit esse. ¶ Itẽ: quando exi-
stentia rei est indifferẽs ad duos modos sicut po-
test esse sine vno sic ⁊ sine alio. Sed substãtia xp̃i
est indifferens ad esse modo naturali et modo sa-
cramentali et potest esse sine modo sacramentali
igitur potest esse sine modo naturali. igitur potest
incipere esse sub isto modo et sub illo. Diciẽ q̃ ve-
rum est quando neuter modus dependet ab alio:
sed existentia modo sacramentali depẽdet ab exi
stentia modo naturali. Contra existẽtia modo na
turali nullo modo est de essentia eucharistie neq3
aliqua causa eius: igitur potest esse sine illo. assum
ptum patet. q2 de essentia existentie xp̃i sacramẽ
taliter non sunt nisi signum et significatu3: ⁊ neu
trum horum est existentia modo naturali nec est
causa signi neq3 significati: sed deus et minister.
igitur. ⁊c. ideo dico q̃ xp̃s posset habuisse veram
existentiam sicut nunc habet ab initio. ⁊ ita verã
entitatẽ ante incarnationẽ sicut post / et post for-
mationẽ eius vt post icarnationẽ ita verã existiam
posset hẽre sine istis modis sicut cũ istis modis: q2
exñtia xp̃i: ita h3 duos modos indifferentes sine
quibus ita vere possit esse sicut in illis / vt si cor-
pus xp̃i esset incineratum: et sic non haberet q̃ti
tatem nec modum q̃titatiuum / ita veram existen
tiam posset habere tunc sicut nunc. Unde si fuiss3
hoc sacramentũ institutum ante incarnationẽ: ita
q̃ prefuisset sacramentaliter non incepisset in in-
carnatione vel prius nisi scdm quid. sed sicut ince
pit simpliciẽ in incarnatione post nisi scdm quid /
sic tunc incepisset simpliciter ⁊ ĩ incarnatiõe post
scdm quid / et posset post incarnationem fuisse cõ
uersio sanguinis in ipsum ĩ vtero matris sicut nũc
fiebat. sed tñ non incepisset ibi nisi scdm quid. Pa
tet igitur q̃ posset prefuisse q̃tum ad veram existẽ
tiam sine modo sacramẽtali ⁊ sine modo natura-
li. ¶ Scdo dico: q̃ posset post incarnationem de-
sinere esse sub istis modis sicut nunc desinit esse
modo sacramentali in manducatione: ⁊ tamẽ ea-
dem existentia manet simpliciter / ideo desinit es-
se scdm quid et manet simpliciter. Et cum diciẽ q̃
nichil est in se nichil est in alio. Dico q̃ ita perma

nẽs eẽt in se hec exñtia substãtie xp̃i sine istis mo
dis sicut cũ istis mõis. p3 igiẽ q̃ loq̃ndo de necessi
tate simpliciẽ / neq3 sequr sic / neq3 econtra. Tñ
supposito existentia subiecti cõsequentis / sc3 sup
posito q̃ existat sacramẽtaliẽ: dico q̃ sequiẽ q̃ q̃-
cunq3 insunt corpori xp̃i existenti naturaliẽ insũt
sibi existẽti sacramentaliẽ loquẽdo de ptib9 ⁊ pro
prietatibus absolutis. q2 q̃cũq3 sunt priora vbi nõ
variantẽ pp̃ter nouũ vbi: sed partes corpis xp̃i et
proprietates naturales sunt priores q̃ vbi: ideo
non variantẽ pp̃ter vbi. Sed ex hoc q̃ est hic sa-
cramentaliẽ nõ est nouum nisi vbi. ¶ Item acci-
dens absolutũ simpliciter et ptes non desinũt eẽ
pp̃ter nouũ respectũ. igiẽ neq3 ptes / neq3 pp̃e-
tates corpis xp̃i non desinunt esse pp̃ter nouum
vbi. ¶ Item: contradictoria accipiunẽ nõ solum
pro eodem tempore: sed pro eodem nomine: igiẽ
vbi affirmatio precedit naturaliẽ aliq̃d igitur et
sua negatio. Sed affirmatio istoꝝ absolutorũ vt
ptium ⁊ proprietatum p̃cedit vbi natura / igitur ⁊
negatio: igitur si propter nouũ vbi pderet qualita
tem absolutã contradictoria essent simul vera: q2
in illo priori eẽt affirmatio vera. Et ex hoc q̃ au-
fertur p nouum vbi esset eẽt negatiua vera: et re-
fertur ad eandẽ mensurã ad quã affirmatiua. igiẽ
⁊c. Sed non sic est de moueri ⁊ q̃escere: q2 potest
se aliter habere scdm hoc vbi: ⁊ mouere scdm il-
lud vbi. ¶ Cõtra / seq̃tur q̃escit in celo: igiẽ q̃escit
et vltra igiẽ non moueẽ. Sequiẽ mouetur hic igi
tur mouetur. et vltra igitur nõ quiescit igiẽ moue
tur et non moueẽ / q̃escit ⁊ nõ quiescit. Dico q̃ nõ
seq̃tur moueẽ igiẽ nõ quiescit: q2 moueri nõ inclu-
dit nisi aliter se habere in cparatiõe ad determia
tum vbi. neq3 q̃escere includit nisi similiẽ se habe
re respectu determinati vbi. ideo concedo q̃ mo-
uetur ⁊ q̃escit / ⁊ nego oppositu3 vtriusq3. ¶ Ad
principale cum diciẽ / nichil potest eẽ alibi manẽs
hic nisi aliquid mutetur in ipsum. diciẽ q̃ verum
est nisi muteẽ in ipsum vel cõuertaẽ in aliud qd ip
sum cõcomitaẽ. ⁊ sic q̃titas corpis xp̃i in celo cõ-
comitatur corpus xp̃i in altari in quod aliq̃d con
uertitur sicut patet de aĩa q̃ nichil cõuertiẽ ĩ aĩa3
sed in mẽbrũ alendũ cũ est in aliquo p̃sens vbi nõ
prefuit. ¶ Contra: corpus incipit esse hic ex vi sa-
cramẽti: non sic aĩa vi cõuersionis: neq3 totum s3
per cõcomitãtiã: igiẽ ille respect9 nõ est anime pri
me neq3 toti9 sed soli9 corpis: q2 f3 ipos idẽ respe
ctus imediate non põt esse duoꝝ fundamentorũ:
ideo dico q̃ non p hoc incipit esse hic q̃ aliq̃d cõ-
uertitur in ipsum: q2 nec hoc sufficit nec hoc req̃ri
tur. Unde p hoc q̃ panis cõuertitur in corpus xp̃i
magis esset corpus christi ĩ celo vt termin9 cõuer-
sionis q̃ in vbi in quo prefuit panis: ideo dico q̃
incipit esse hic nõ per cõuersionẽ nec per aliquid
nouũ absolutũ: sed per respectum prius positum.
¶ Ad aliud sustinendo q̃ sanguis est ps corpis p
se cui9 species panis est signũ: dico q̃ tunc est bis
idẽ sanguis in xp̃o ex vi sacramenti. ⁊ tunc rõ ha-
bet maiorẽ apparentiã. verũtamẽ non est ibi nisi
semel vt primũ significatũ. Ad aliud per idẽ dico

ꝙ idem nõ icipit eẽ in sacramẽto vt pręfuit q: nõ pfuit vt primum signatũ. Sustinẽdo tñ ꝙ sanguis non est pars corpis per se cuius corporis species panis sunt pmum signum tunc concedo ꝙ semel tñ ẽ ibi sanguis ex vi sacramenti: sȝ concomitanter est ibi pus sicut etiã aĩa. Per idẽ ad aliud ꝙ prius fuit ibi concomitanter / sicut aĩa: et postea incipit ibi esse vi sacramenti. ¶ Ad aliud cõcedo ꝙ q̃titas corporis xp̃i in celo est realiter in corpore xp̃i in hostia. ⁊ cũ dr̃ positis extremis sequitur respect⁹. verum est de respectu itrinseco. Sed iste est respectus extrinsecus. iõ licet sit ibi q̃ntitas q̃ est in celo / ⁊ locus non sequitᷣ ꝙ sit ibi positio q̃ est predicamentũ. ¶ Ad aliõ dico: ꝙ potest saluari veritas eucharistie absolute sine hoc ꝙ necessario tot ponãtᷣ. sed supposita existentia naturali nõ potest: q: idem corpus non põt simul ⁊ semel esse q̃tum ⁊ non q̃tum. ¶ Questio quinta.



Quinto q̃ritur vtrꝫ quecũqꝫ actio imanẽs q̃ iẽst xp̃o naturalitᷣ existẽti insit sibi in eucharistia existenti. Q: non. q: videt in celo eũ habeat organũ videndi obiectũ / ⁊ mediũ dispositũ. ⁊ nõ videt i altari: tũ q: non habet organũ modo quãtitatiuo tũ q: obiectũ qd̃ est in celo nimis distat / igitur illud nõ videt. tũ q: proptᷣ obstaculũ interpositum inter ipsum vt corpus opacũ: ⁊ inter obiecta que sunt in celo. ¶ Itẽ: si sic / igitur põt videre album hic presens: ⁊ tunc hꝫ organũ hic scdm̃ naturalẽ dispositionẽ: ⁊ p cõsequẽs possꝫ hic calefieri ⁊ infrigidari. ¶ Oppositũ: idẽ nõ est simul videns et non videns. Dicit: non vidẽs hic nõ est nõ videns nisi scdm̃ quid. ¶ Cõtra: cõtradictoria referuntur ad idẽ instans scdm̃ naturã: sed videre ẽ qualitas absoluta: igitᷣ est prior q̃ vbi / igitᷣ ⁊ sua negatio. ¶ Itẽ: sensus xp̃i in celo est beatus suo modo: et in altari nõ esset p te / igitᷣ triste esset si esset in altari propter carentiã visionis matris sue ⁊ multorũ que videt in celo in quibus delectatᷣ. ¶ Ad q̃stionẽ dico: ꝙ actio imanẽs duplex est i xp̃o ptis sensitiue et itellectiue. ⁊ vtrobiqꝫ duplex potẽtie apprehensiue et potentie appetitiue. et vniuersalitᷣ quãtũ ad oẽm actionẽ imanẽtẽ quã hꝫ in celo hꝫ etiã in altari et ecõtra. Hoc patet primo in generali. q: forma absoluta non desinit esse in supposito propter respectũ nouũ: nec etiã desinit esse i ipso vt est in illo respectu. Sed oĩs actio immanẽs est pfectio absoluta sicut pbatũ est in primo libro et nichil nouũ est in altari nisi respectus. Dicit ꝙ illud est verũ de mere absolutis: sed non de illis q̃ nõ requirũt respectũ vt sensatio reqrit certã distantiam q̃ aufertur per hoc ꝙ fit de nouo in altari. ¶ Cõtra: omis qualitas naturalis ad fieri reqrit determiatũ respectũ vt approximationẽ agentis ad patiẽs ⁊ deteriatã distantiã: ⁊ tamen null⁹ cõcederet q̃n si xp̃s viuẽs in cruce fuisset calidus vel frigidus q̃n xp̃s existens in pixide esset calidus si mul vel frigidus. Sed non oportet ꝙ calor ille sit in pixide: cũ iste sint qualitates absolute: igitᷣ licꝫ qualitates requirant certã distantiã vt sunt in fieri: hoc erit vbi primo causantᷣ: non aũt vbi causantur cõcomitanter: ideo nõ requiritᷣ approximatio visibilis ad xp̃m in altari. sed vbi per se fit visio ⁊ primo causatᷣ vt in celo. Dicunt. hic est dependentia specialis: q: illud obiectũ est terminãs visionẽ et propter hoc reqrit determinatã distãtiã. ¶ Cõtra: non requiritᷣ determinata distantia nisi pp̃ter actionem agentis. ⁊ hoc vbi causat visionẽ per se non autẽ vt terminans est nisi simul sit causans ⁊ terminãs. iõ nõ reqꝛitᷣ certa distãtia visibilis ad videns per cõcomitantiã. ¶ Item: opatio intellectiua abstrahit a loco: igitur cuꝫ intellectio intuitiua reqrit determinatã distantiaꝫ intuibilis. igitᷣ si distantia localis ipediret obiectũ posse terminare actionẽ. igitᷣ xp̃s posset intueri intellectione intuitiua aliqd̃ in celo et nõ in altari / qd̃ est impossibile. ¶ Itẽ: quicũqꝫ dolor fuit in appetitu sensitiuo xp̃i in cruce iuitet in appetitu sensitiuo eius in pixide. igitᷣ eadẽ sensatio vtrobiqꝫ. cõsequẽtia patꝫ: q: a sensatiõe causatur dolor: ⁊ impossibile ẽ naturalitᷣ loquẽdo eundẽ effectũ nũero seq̃ nisi ex eadẽ causa nisi fieret nouũ miraculũ. Dicũt. ꝙ sensatio interior est ibi eadẽ vtrobiqꝫ non tñ exterior. ¶ Cõtra. interior nõ fit ab exteriori nisi ponatur nouũ miraculũ. Preterea / hic nõ idẽ dolor seq̄tur ymaginationẽ ⁊ sẽsationẽ: q: nõ idẽ dolor seq̄tur dormiẽtẽ ⁊ vigilãtẽ. sic ei i sõpnijs viderᷣ eẽ occisus ⁊ mortu⁹. Patet igitᷣ ꝙ q̃libet actio immanẽs est eadẽ vtrobiqꝫ. ¶ Scdo dico: ꝙ actio imanens ptis sensitiue inest xp̃o primo vt in celo et non in altari: q: nõ est aliqua sensatio primo nisi vbi organum est localiter existẽs ⁊ dimẽsiue. iõ nulla actio immanẽs partis sensitiue inest xp̃o sacramẽtaliter existẽti nisi cõcomitãter. ¶ Tertio dico: ꝙ actio immanẽs intellectualis põt eẽ xp̃o existẽti in altari primo et cõcomitãter ipsi existẽti in celo: q: intellect⁹ non reqrit determinatã dimẽsionẽ in organo aliquo ad hoc ꝙ intelligat: q: ita põt aĩa itelligere vt hic sicut angel⁹: ita ꝙ xp̃s in altari põt aliqua primo intelligere vt ministrũ et ea q̃ sunt sibi presentia: ⁊ eadẽ intelligit xp̃s in celo cõcomitanter sic ea q̃ sunt in celo primo intellecta a xp̃o intelligũtur a xp̃o in altari cõcomitãter per hoc ꝙ xp̃s est in altari non priuatur ibi aliqua visione qua haberet si nõ esset ibi: sed hꝫ plures cognitiões intellectuales quas nõ haberet si esset tñ i celo. et oẽs easdẽ sensitiuas cognitiões hꝫ p cõcomitantiam quas hꝫ xp̃s in celo primo. ¶ Ad primũ principale: ꝙ q: non hꝫ in altari mõ quãtitatiuo. ideo nõ videt ibi aliquid nisi cõcomitanter. ¶ Ad aliud pꝫ / ꝙ distãtia obiecti non impedit nisi moueretᷣ ad primũ motũ. nec obstaculũ impedit q̃n videt cõcomitanter. ¶ Ad aliõ patet ꝙ hic nõ videt albũ nec nigrũ visiõe corpali / neqꝫ potest calefieri / neqꝫ infrigidari propter hoc ꝙ non habet modum quantitatiuum.

¶ Questio sexta.


Sexto querit: vtrū
corpori christi existenti in eu-
charistia possit esse mot⁹ corpo
ralis. Qḋ sic. idē nō pōt inesse
et non esse simul e idē Sꝫ caro
xp̄i ī cruce nō fuit cōtinua ſꝫ di
uisa ꝑ lanceā. igiꝉ si fuisset diui
sa in pixide et non continua hoc non possꝫ nisi ꝑ
motū corꝑalē. ¶ Itē: nō pōt idem simul nutriri ⁊
non nutriri. Sꝫ corp⁹ xp̄i naturaliꝉ existēs nutrie
batur ⁊ creuit igitur ⁊ in eucharistia igitur ī eucha
ristia corꝑaliter. ¶ Itē: mota hostia moueꝉ omne
qḋ in ea est saltē per accidēs. sed hostia pōt moue
ri localiꝉ et corꝑaliꝉ: igiꝉ ⁊ corp⁹ xp̄i vt ibi. ¶ Itē
īpossibile est habere aliud vbi nisi aliquo motu fa
cto scd̄m vbi. hm̄ōi autem motus est mot⁹ corpo-
ralis. ¶ Itē: vbi est subiectū hn̄s oēs dispositiōes
ad formā recipiendā pōt illā formā recipere agen
te imprimēte: sed corpus in eucharistia sic dispo-
nitur / qꝛ est q̄tum: igitur pōt mouere localiꝉ agē-
te approximato qḋ pōt ipsum mouere. ¶ Oppo-
situm. v. phi. qḋ moueꝉ est in loco. ſꝫ sicut ptꝫ ex
prehabitis corpus xp̄i vt in hostia non est ibi loca
liter. ¶ Dico ad questionē distinguēdo q̄ aliquid
posse moueri corꝑaliter est dupliciꝉ / vel p̄mo vel
ꝯcomitanter. hoc appello primo fieri circa aliq̄d
qḋ fit circa ipsum hic si nusq̄ esset nisi vt hic. hoc
cōcomitanter voco qḋ p̄mo causaꝉ alibi et hic per
cōcomitantiā. primo modo q̄ loquendo de mo-
tu ꝓprie nō pōt corpus christi moueri corꝑaliꝉ vt
in hostia: sed īproprie accipiendo moueri corpo-
raliter potest p̄mo modo. Sed dico q̄ nō potest
moueri ꝓprie a virtute creata: qꝛ oīs virtus crea
ta req̄rit determinatā distantiā agētis ad patiē-
tis. ⁊. vij. phi. qꝛ tā angelus q̄ aīa si debeat corp⁹
mouere req̄riꝉ q̄ corp⁹ motū passiue sit approxi-
matum scd̄ꝫ contactū sicut agēs naturale. sed cor
pus xp̄i nō habet talē distantiā in eucharistia cū
non sit ibi dimensiue. Dicūt: pōt ne corpus xp̄i vt
hic p̄mo moueri a virtute diuina ꝓp̄e. dico q̄ sic:
qꝛ de⁹ pōt imp̄mere īmediate sibi formas absolu
tas vt in eucharistia primo / sicut posset agens na
turale si esset ibi dimēsiue. Scd̄o dico: q̄ aliquem
motū recipit vt ī hostia p̄mo īproprie: qꝛ mota ho
stia aliā ⁊ aliā p̄sentialitatem hꝫ: sed nō in cōpara
tione ad species. sed respectu vbi in quo sunt spe-
cies localiꝉ. Sed a quo moueꝉ illo motu īproprie
videꝉ q̄ a sacerdote: qꝛ a quo est aliq̄d ꝑ se est ab
eo ꝑ accidens est q̄ ipsum cōcomitaꝉ. Sed michi
videꝉ q̄ nec sic moueꝉ a sacerdote ꝑ se nec ꝑ acci-
dens / sed a solo deo: qꝛ si angelus esset in ista par
te aeris q̄diu placeret sibi non posset trahi a me
nisi ipse faceret se p̄sentē cū ego traho ptē aeris.
Similiꝉ si auis esset ī aliquo loco et traheret istō
cui insederet posset euolare si vellet: sed qꝛ auis ꝓ
pter grauitatē moueret absq̄ motione sua ī hoc
non est simile. sic in ꝓposito si non esset corp⁹ xp̄i
cū specieb⁹ non posset moueri ad motū specierū
nisi ipsemet se moueret: igiꝉ neqꝫ nūc licet sit p̄e-
sens manentibus speciebus: sed non fit p̄sens no
uo miraculo motis specieb⁹. sed eodem quo p̄mo
vult se esse cum specieb⁹. sic vult se moueri a se mo
tis speciebus. ⁊ ad illud cōtra. dico q̄ vbi est vnio
naturalis est hec ꝓpō vera. a quo est aliquid ꝑ se
ab eodē est ꝑ accidens qḋ concomitaꝉ. sed nō est
vera vbi est vnio per actum voluntatis extrinsece
que voluntas neqꝫ est ipsius mouētis neqꝫ subest
eius voluntati. Tertio dico: quō moueꝉ concomi
tanter / ⁊ dico q̄ oī motu quo mouetur vbi existit
naturaliter mouetur. Similiter vt existit ī hostia
concomitanter p̄ter motū lationis: qꝛ si primo
augeatur / vel diminuatur / vel calefiat / vel infri-
gidetur vbi existit naturaliꝉ eodē mō moueꝉ cōco
mitanꝉ vt in eucharistia: qꝛ iste sunt forme absolu
te: ⁊ neqꝫ posset aliqua pars fuisse augmētata ne-
qꝫ diminuta in existētia naturali qn̄ eadē sit ī exi
stentia sacramentali. tn̄ si mouetur scd̄m vbi ī exi
stentia naturali non opꝫ ipsum moueri scd̄m vbi /
vt in existentia sacramentali. sed q̄tum ad corru-
ptionē corꝑis dico q̄ si corp⁹ fuissꝫ īcineratū ita q̄
forma corporeitatis fuisset ablata a materia pri-
ma non oporteret istā corruptionē fieri vt existis
in eucharistia: qꝛ nichil corꝑis xp̄i manet ī eucha
ristia nisi virtute toti⁹ corꝑis compositi ex mate-
ria et forma corporeitatis. ⁊ ideo nichil illi⁹ cor-
poris manet in eucharistia nisi manente tota re
cui⁹ primo est signū: sicut aīa non informat digitū
nisi in q̄tuꝫ pars toti⁹: ⁊ cessante digito esse pars
totius cessat aīa ipsum informare. Sed si fuisset
corruptio forme corporeitatis vbi existit natura
liter: ⁊ si fuisset materia informata alia forma nō
potuit materia corꝑis xp̄i eē informata simul for
ma corporeitatis in eucharistia. igiꝉ nō remansis-
set ibi res p̄mo conuēta vel signata / ⁊ ꝑ ꝯn̄s nihil
remāsisset ibi illius corporis: igitur non fuisset ibi
corruptio corꝑis / qꝛ tūc est corruptio hic quando
materia remanet informata alia forma: tn̄ ita rea
liter fuissꝫ corruptio corꝑis qḋ est contentū in eu-
charistia: qꝛ separatio forme a materia sicut cor-
poris naturaliter existentis ꝑ concomitantiā: sed
non fuisset corruptum ꝓp̄e vt in eucharistia: quia
ibi nichil corꝑis remansisset et vbi prefuit modo
corporali aliquid remansisset vt in materia. Dico
igitur q̄ qn̄ partes separanꝉ in esse reali totū ces-
sat esse in esse reali: non tn̄ totū corrūpitur vt ibi
nec primo nec cōcomitanter: qꝛ desinit esse ibi q̄-
tum ad formam et q̄tū ad materiā. Dicit q̄ cōces-
sum est p̄us q̄ posset manere in eucharistia: licet
nūq̄ esset nisi in eucharistia. igitur si ibi separetur
forma a materia adhuc remanebit materia ibi.
Dico q̄ posset desinere scd̄m quid alibi ⁊ manere
in eucharistia qꝛ ideꝫ esse est indifferens ad duos
modos vt esse suū simpliciꝉ ad esse naturaliter et
sacramentaliter. sed non posset corrūpi in eē na-
turali / ita q̄ ꝑtes nō essent vnite realiter. ⁊ tamē
q̄essent realiꝉ vnite in eucharistia qꝛ ista sunt incō
possibilia. sed posset desinere esse nō simpliciter /
sicut si prefuisset realiter ante incarnationem et
tamen remanere simpliciter. ¶ Ad primum prin

cipale dico: q̄ q̄cūq3 diuisio cōtinui fuit i cruce fuisset eius tūc i pixide: ꝛ tm̄ distasset vna ps vulneris ab alia pte i pixide sicut in cruce q̄tum ad ordinē ptiū in toto. sed nō i cōparatiōe ad cōtinens. Unde ex hoc q̄ fuit vulnerat⁹ in cruce fuisset mortuus in pixide: sed nō ex hoc q̄ fuisset vulneratus vt ibi p̄mo. sed p cōcomitātiā. ꝛ sic dico q̄ ecīt eadē aqua in doleo ferreo ꝛ alibi diuisa in mille guttas in tot pies ecīt diuisa in doleo q̄tum ad hoc q̄ solueret continuum: ꝛ tm̄ distarent partes inter se loquendo de ordine ptiū in toto: licet nō in cōparatione ad cōtinens. ¶ Ad aliud concedo q̄ illa3 nutritionē realiter accepisset in pixide cōcomitāter quam recepit primo vbi existebat naturaliter. ¶ Ad alīd p3 quo mouetur localit: q2 nō est mobilis ppriē in hostia ab agente creato. ¶ Ad aliud patet: q2 nō est forma absoluta. ¶ Ad aliud cōcedo: q̄ a deo pōt calefieri vt in hostia primo ꝛ cōcomitanter vbi existit naturalit nūc et ecōtra. non aūt sic pōt ab agente creato q̄ requirit corp⁹ debite approxiatū ad hoc q̄ i ipsum possit agere, p̄pe.



Eptimo q̄rit̄ vtrū xp̄s in eucharistia posset naturalit̄ transmutare alīd a se. Q3 sic. h3 realit̄ potentiā actiuam. sed ipsa est pncipiū trāsmutādi aliud inq̄tu3 aliud. ix. Met. ¶ Itē: aialia q̄ diu viuunt sem per nutriūtur: sed q̄diu vixit xp̄s i vita mortali ibi existebat naturalit vixit i vita mortali in eucharistia: ꝛ p potētiā potuit ꝯuertere alimētū vbi existebat naturaliter. igitur sic potuit in eucharistia. ¶ Item: q̄diu viuit aial indiget respirare ꝛ expirare aerē: igitur si viuit in eucharistia expirat et respirat: igit̄ trāsmutat alīd a se. ¶ Itē: in eucharistia h3 potētiā motiuā scd̄m locū: igit̄ pōt mouere localit̄. ¶ Oppositū. oē mouēs phisice in agendo patit̄. iij. Phi. sed corpus xp̄i vt in altari non pōt pati ab agente creato: vt p3 q̄stiōe pore. ¶ Dico ad q̄stionē q̄ cū hō sit cōposit⁹ ex materia (vt corpore et aia) vt forma q̄dam est in eo virtus actiua spiritualis / vt q̄ ecīt aie ꝛ si esset sepata. Alia ē virtus actiua corpalis q̄ est corpis / primo rōne elementi predominātis. Alia est virtus actiua corporalis q̄ est toti⁹ cōpositi primo vt partes sensitiue vt dormire ꝛ vigilare: vt patet libello de sompno et vigilia. Dico igit̄ q̄ loquendo de virtute actiua corpali: siue sit mere corpalis siue toti⁹ cōpositi p̄mo illa virtute nō pōt xp̄s trāsmutare naturalit alīd a se vt in eucharistia existit: q2 vt p̄us dictū est oportet corp⁹ agens approximari ei in qō agit si cut op3 passum approximari in quod agit naturaliter: q2 qō trāsmutat aliud naturalit agit scd̄m cōtactum: q2 vel tāgit imediate: vel tangit tangens. Si h3 potentiā actiuam spiritualē q̄ est aie primo et si illa sit transcendēs quācūq3 opatiōnē quam experimur a nobis ꝓcedere in vita ista. si posset illa virtute actiua aliq̄d causare vbi naturalit existit potest eadē virtute idē cāre vbi sacramentalit existit. q2 talis virtus in agendo non reqrit aliquā locationē: sed abstrahit / et forte aliquā talē virtutē h3 xp̄s in eucharistia vel naturale3 vel virtute glorie: vt q̄ possit angelum illuminare vel aīam presentē. ꝛ sic forte posse agere in creaturā spiritualem. Sed posset ne habere virtutē spiritualē vt in eucharistia agendi in in corpus. Dico q̄ vnam virtutē habuit xp̄s naturaliter existēs qua mouebatur progressiue q̄ in nobis est satis nota. ꝛ credo q̄ aia separata habet aliā virtutē mouendi a loco in locum: ita q̄ in instanti separatiōis aie ponitur q̄ angelus eā ponat in aliquo vbi / nō credo q̄ sibi derelicta sit alligata semp illi vbi nisi moueatur ab alio: sed potest se mouere a loco in locum et non illa virtute qua corpus nunc mouetur progressiue: ꝛ credo q̄ talis virtus inest corpori glorioso ꝛ talis virtus xp̄o postq̄ habuit corp⁹ gloriosum. Et credo q̄ cū ponebat̄ xp̄s sup pinaculū a malo spiritu q̄ per illam virtute3 mouebat se ꝛ non est inconueniens si talis virtus ponat̄ nūc in esse aie: licet p illam virtutē nichil moueat du3 est alligata corpori. Et dico q̄ illa virtute posset christus mouere corpus approximatū aliud a se. s3 nō corp⁹ suū vt in hostia: q2 non est ibi vt mobile ab aliqua virtute creata: sed a solo deo vt p̄ius dictū est: ꝛ illa virtus si ponat̄ in aia est virtus creata. ¶ Ad primū principale dico: q̄ rō ꝓcedit de potentia actiua corporali: ꝛ tali virtute nō pōt christus mouere vt in hostia. Uel pōt dici q̄ corp⁹ suū vt ibi nō est mobile nisi a deo. pōt tñ p illā virtutē mouere aliud corp⁹. ¶ Ad alīd dico: q̄ christ⁹ nutritur in pixide si nutriatur naturaliter existēs. sed nō nutrit̄ vt in hostia p̄mo s3 concomitanter. ¶ Ad alīd dico q̄ īspiratio ꝛ respiratio nō reqrit̄ ad refrigerādū calorē cordis. s3 hoc pōt fieri concomitāter i hostia p hoc q̄ sic p̄mo naturalit̄ existit. ¶ Ad alīd dico: q̄ p potētiā motiuā scd̄3 locū nō pt christ⁹ mouere nisi vbi talis potētia existit organice p̄mo. s3 p virtutē illā spūalē posset p̄mo mouere corpus aliud a se. ¶ Questio octaua.



Ctauo q̄rit̄: vtrū intellect⁹ creat⁹ possit videre exñtiā christi vt i eucharistia? Q3 nō. Exñtia illa ē ens supnaturale. igit̄ est cog̃scibile supernaturale. igit̄ nō pōt cog̃sci nisi supnaturalit̄: q2 qō est ens supernaturale non potest creari nisi ab agente supernaturale: igitur qō est cognoscibile supernaturale non potest cognosci nisi supernaturalit̄: non igitur ab intellectu creato naturaliter. ¶ Itē fides est cognitio altior omī cognitione naturali: aliter eñi non esset necesse fidē haberi p infusionē si posset naturaliter acquiri. sed existentia christi vt in eucharistia est credita per fidem. non igitur naturaliter cog̃scibilis ab aliqua creatura. ¶ Itē si sic hoc maxime esset ab angelis. si igit̄ mal⁹ angel⁹ habeat virtutes naturales quas habuit posset naturalit̄ cog̃scere exñtiā xp̄i vt i eucharistia:

sed non decet inimicum salutis cognoscere sacramentū salutis. ¶ Itē: angeli nō potuerūt cognoscere virginitatē integrā post partū / igit nec magis occultum scdm Ambro. ¶ Itē. Damascenus lib. iiij. c. vj. Mysterium incarnatiōis. ꝛc. est occultum et excedit naturalē intelligentiā. ¶ Item: cōtingens non est cognoscibile determiate: nisi ab eo q̄ videt voluntatē diuinā determinate q̄ ē causa contingentiū. ¶ Oppositū: existentia xp̄i vt in eucharistia nō excedit existens ibi / puta xp̄m. sed hoc est naturaliter cognoscibile ab intellectu creato: q2 xp̄s naturalit cognoscit xp̄m et nō p beatitudinem. ꝛ si non sine beatitudine: sed mere naturaliter. ¶ Itē: vnus beatus videt in alio beato beatitudinem suā naturalit. igitur pōt naturaliter videre existentiā christi vt in eucharistia. ¶ Q̄ō. ix.



